



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt XVI. Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Nec aliud est Græcorum effugium, quam vt Arianos adiuuent. Nam mitti Spiritum sanctum aiunt significare dona Spiritus sancti.

Sed eos textus refellit, atque adeo ipsa verba euidencia. Cum enim dicit: Venturum paracletum confortatorem, eum se à patre missurum, non de donis modo, sed ipsa persona loquitur.

Deinde Rom. 5. caritas diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum qui datus est nobis, 1. Cor. 6. templa Spiritus sancti fideles vocantur. Sic Ioan. 14. & iterum 16. Dona vero illa tam Patris sunt, & Filij, quam Spiritus sancti, itaque filius etiam patrem mitteret, cuius dona mittit.

Quod si Spiritus dona significat, non possunt illis locis contra Arianos vti Græcorum scriptores, & id tamen faciunt, probantque Athanasium, qui hinc diuinitatem Spiritus sancti astruit. Nam lib. ad serap. vbi docet Spiritum sanctum non esse creaturam inter multa testimonia hæc etiam adducit, & librum sic elaudit. οἱ ἀληθῖνοι π. 370. ἁγιοσυνήτῳ, ἁγιοσυνῶσι μὲν τῷ πατρὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ ὁμολογῶντες ἦν, καὶ ἐν αἰσῶ τῷ πνεύματι ἀχώρητον ἦν ἢ ἡ τῷ πνεύματι ὡς ἀχώρητος ὁ υἱὸς ἢ πατὴρ, αὐτῆ ἢ ἀληθείᾳ μαρτυρεῖ ἢ λέγουσι, πνεῦμα ὡς υἱὸν τὸν περὶ αὐτῶν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ὁ πατὴρ ἢ πατὴρ ἐκπερὶ αὐτοῦ ὁ ὡς υἱὸς ἢ δὲ αὐτῶν ἁγίων ὅς ἐστιν ὁ ἀγνεύουσι αὐτὸν ἐν ἢ πατὴρ ἐν τῷ πνεύματι.

Veri idcirco adoratores adorant quidem patrem, sed in spiritu & veritate confitentes filium; & in filio spiritum, cum sit spiritus inseparabilis à filio, vt inseparabilis est filius à patre. Quod & ipsa veritas suo testimonio probat, quum dicit: Mittam vobis paracletum spiritum veritatis, qui à patre procedit, quem mundus capere non potest, hoc est, illi qui eum negans ex patre procedere, & in filio esse.

Itaq; improbe faciunt, dum suos errores ita tueantur, vt omnia contra Arianos præsidia demoliantur.

Et libro de humana natura suscepta. ὁ δὲ ἰδὼν τῷ θεῷ πατρὶ ἐν τῷ τὸν υἱὸν πατρὸς ἢ ἀγνὸς πνεύματι. Nouerat enim apud patrem, filium esse fontem Spiritus sancti. Eodem modo Cyprianus de Spiritu sancto: Spiritus sanctus, inquit, procedens à patre & filio. Et Epiph. contra Sabellianos: Non etiam Spiritus sanctus seipsum vngquam Christum nominauit, sed Spiritum sanctum, spiritum Christi, qui per Christum datur à patre procedens, & que sunt filij accipiens. Sic Chrysostr. Cyrilli alij, vt est scilicet. 7. & 8. conc. Florent. Etiam Didymus lib. de Spiritu sancto. Fulgentius de fide ad Petrum: Firmissime tene & nullatenus dubita, eundem Spiritum sanctum, qui patris, & filij vnus est spiritus, de patre & filio procedere.

Hic Spiritus de Christo testimonium reddit, & ipsi apostoli, vt ministri, quos Spiritus regebatur, ad testimonij porro veritatem pertinebat, quod ab initio cum Christo essent.

CAPVT XVI.



Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. 2. Absque synagogis facient vos, sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo. 3. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. 4. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. 5. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me. Quo vadis? 6. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. 7. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam, si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. 8. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. 9. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. 10. De iustitia vero: quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me. 11. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam indicat us est. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. 13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à semetipso: sed quæcumque audiet loquetur, & quæ uentura sunt annuntiabit vobis. 14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 15. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 16. Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem. 17. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem? 18. Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicum? nescimus quid loquitur. 19. Cognovit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc queritis inter vos, quia dixi, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum videbitis me. 20. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mandus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. 21. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressura propter gaudium: quia natus est homo in mundum. 22. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem uidebo vos, & gaudebit cor uestrum: & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. 23. Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, dico vobis: si quid petueritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. 24. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, vt gaudium uestrum sit plenum. 25. Hæc in prouerbij locutus sum vobis. Venit hora tam iam non in prouerbij loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. 26. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de uobis. 27. Ipse enim Pater amat vos, quia uos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui. 28. Exiui à Patre, & ueni in mundum, & vado ad Patrem. 29. Dicant ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullam dicis. 30. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus tibi ut quis te interroget: in hoc credimus, quia à Deo existi. 31. Respondit eis Iesus: Modo credidistis? 32. Ecce uenit hora, & iam uenit, vt dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquat: & non sum solus, quia Pater mecum est. 33. Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego uici mundum.

hoc q. 5. uel

pro dea 9. pascis

amen, p. 5. pascis



IN CAPVT DECIMVMSEXTVM ARGVMENTVM.

Gravissimas apostolis persecutiones & certamina praedicit, quorum tamen atrocitatem auxilio Spiritus sancti superabunt, a quo omnia percepturos promittit, quorum nunc capaces non sunt. Diuinitatem Spiritus sancti varie astruit, & expedire docet vt vadat, alioqui non venturum paracletum: Eum aperte omnia traditurum, etiam futura annunciaturum, eorum dolores comparat mulieri parturienti, cuius dolor brevis, & acer, mox prolis in lucem edita fructu pensatur. Abire se & rediturum promittit, omniaque interim quae postularint a patre accepturos, nec de eorum iam imminente terrore & defestatione tacet.

Syra Ecclesia a versu 16. ad 31. legit in vesperis Dominicae tertiae post resurrectionem. Hinc vsque ad v. 13. c. 17. Matutinis Dominicae ignis post resurrectionem, & consecrationem presbyterorum. Syriace *ܩܘܪܝܢܘܢܐ* vechirutionia, quod ex Graeco sumptum est, *ἑσπερινὴ* enim vocant, & Glossa notat esse de lingua lauan. De consuetudine porro antiquissima vide Dionysium de Hierarchico ordine c. 3.

VERSVS 1. 2. 3.

Hac locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo. Et hac facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.

QUESTIO I.

Cur persecutiones, & quas praedicit?

Sanctorum passiones vobis maxime praedixit.

§. 1. Maxima est timidis consolatio, ea quae pietatis causa patiuntur aduersa, iam olim praedicta esse, non praeuisa modo. Nec modo animos apostolorum dominus prophetia tam insigni excitat, vt ne improviso illos calamitatum procellae obruant, sed muniri ac obfirmati contra mundi defrauentis fluctus persistant, quamquam & hoc vitatum est, cui enim meditata iam sua mala sunt, facile illa contemnit: & qui sub re mortem decernit, ferum libenter recipit: sed maius & altius solatiu, quo Ecclesiam vniuersam & singulos fidelium ad certamen roborare Deus voluit. Qui egestate premuntur, in carcere tabescunt, fortunis exuuntur, excruciantur, facile in vocis querulas erumpunt, se Deo curae non esse, inde animi contractio ac maestitia nasci solet. At Christus ipsa veritas non modo omnium Deum esse memorem praenunciat, sed iam ab aeterno praenidisse, tantique fecisse suorum patientiam ac dolores, vt tanquam res magnas praedixerit. Cyro & deinde Alexandro Israelitarum pontifex de monarchia veterum vaticinia ostendit, & mirifice vtrumque ad res gerendas, quarum administrationem diuinitus sibi datam cognouerant, accendit. Per modo amicorum suorum contumelias, tormenta, pulchraeque pro veritatis testimonio mortes, tanquam res maxime praesignificauit, vt cum eorum tempora incidissent, martyres reminiscerentur per illa iter esse ad regnum aeternum. Hoc quisquis animo perpenderit, nunquam aduersis offendi poterit, siue ipse patiat, siue videat, vt ait Chrysostomus: πολλὰ δὲ ἀπέβη τῶν, καὶ θεὸς ἀπέβη τῶν, multos incredulos & dura patientes.

Virtus aduersis certatur.

§. 2. Persecutiones autem & aduersa in hoc mundo suis Deus amicis constituit, vt vera virtute, non cupiditatibus prauis nomen conciliare sibi consue-

rent, & sincero animo fortitque, mundo contempto ad Deum tenderent. Explicuit hoc Dionysius Areopagita de diuinis nominibus c. 8. An non propius accedunt ad Angelicas virtutes tum, cum pro virili parte diuinorum cupiditate ducti, a terrenorum bonorum studio secedunt, atque ad hos fortiter exercentur in iis periculis & malis, quae honesti causa perferunt? Itaque, hoc vere dici potest potius esse diuina iustitia proprium, non demulcere & dissoluere vniem optimi cuiusque, animum terrenorum bonorum largitionibus: nec si quis hoc facere conetur, auxilio praesidioque desertor esse sinere, sed confirmare eos in praclaro immutabilique statu, eiusque qui eiusmodi sunt tribuere pro dignitate. Haec etiam diuina iustitia, vt omnium salus laudatur, quod suam cuiusque & ab alijs solutam ac liberam essentiam atque ordinem conseruet atque tuetur, causaque sit sua cuiusque rei actionis.

Cum autem talium rerum affectus abesse debeat a seruo Dei, non potest id rectius fieri, quam si res ipsa, occasioque tollatur. Certamina vero quaecunque siue athletarum, siue militum, si deliciofa essent, coronas non mererentur; Quis non eos rideret, qui ciuica aut murali donarentur, quod in rosa vix sicut? Egegie Theodorus Pelusiota Ep. 201. τὸ δὲ τὸς δίκαιος, καὶ πῶς τῆς ἀρετῆς ἡμετέρας, πολλὰ δὲ ἐν ταύτῃ τῶν μαρτυρῶν τῶν ἐν πᾶσι τοῖς αἰῶσι ἐπέβη τῶν μαρτυρῶν. Quod vero iusti & omni virtute ornati, multa hic patiantur, hoc conueniens: ipsi illi coronas significat. Quemadmodum igitur cum fortiter certantem videmus coronam illi dandam iudicamus, ita quos hic pie viuentes cum dura rerum forte videmus collatari, praemia aeterna illa fortunae asperitate designari certum habemus.

§. 3. Aque hinc apparet aduersitates esse Ecclesiae velut condimenta, vt Nazianzenus oratione 3. in Iulian. exposuit, probatque exemplis, & scripturis, Proverb. 16. Psalm. 118. Deut. 31. In gentilibus vero hoc praecipue deplorat, quod huius vitae tranquillitate beatitudinem, contraque aduersis casibus infelicitatem definiant. Ipse Iulianus non ignarus Christianorum virtutem vexationum, & aduersitatum toleranti acui atque augeri blanditiis potius emollire, quam tormentis stringere eorum robur constituit. Rem hunc in modum recenset Nazianzenus oratione tertia. Hac prima ipsius facinora exortiterunt. Cum autem iam, quod parturiebat continere non posset, persecutio erumperet, quidam animi aduere cepit, sapientis in vitio atque in impetate excellenti viro dignum: aut certe ab ijs qui ipsum ad eam accubant, ac velut inungebat edoctus est. Sic enim secum reputauit, si bellum aperire susceperet, seque impietati ducem profiteretur, praeterquam quod id nimis temerarium atque imperitum futurum esset, huic insuper scopo ad quem collinabat, omnino contrarium fore. Nos enim si vis inferretur, acriore contentione in victoriam incubituros, ac tyrannidi obnoxium pietatis studium obiecturos cogita-

Delictis merces non datur.

aduersis crescit Ecclesia.

Sanctorum passiones vobis maxime praedixit.

ADAMI COMMENTARIUS IN EUANGELIUM MATTHEVM

regit. Solent enim fortes & generosi animi, ei qui vim afferre parat, contumaciter obistere, non secus ac flamma qua a vento excitatur, quo amplius perflatur ad vehementius accenditur.

De eisdem perfectionibus etiam oratione 32. initio multa. Et oratione 13. hortatur, ut iam nunc malint magis de seipsum quam in altera vita. Huius enim vite castigatio est expiatio, alterius tormentum.

Ignominiam cum tormento ieremias.

§. 4. Duplicem porro suorum in hac vita cladem praedicat Christus. Ignominiam, contumeliam, quaeque ad famam, atque honoris detrimenta pertinent, Dein graues cruciatus ac mortem. Nam si tormenta quidem & necem cum gloria proponeret, iam virtus ipsa intercederet hominum laudibus ancillata. Fecerunt ingentia facinora homines alioqui improbissimi quo gloriam, ut illi putabant, nominis aeternam consequerentur; mortem voluerunt pro laude pacisci. Illa stultissima vanitate caetera vitia praesulerunt. At Christiano sanctissima facienti, atrocissima propter iustitiam toleranti satis est a Deo videri, illi se probare. Testes alios non quaerit, qui vel errore, vel malignitate corrumpere testimonii religionem possunt. Itaque non modo patiuntur, sed veluti extrema exempla meriti, ut Tacitus iudicauit, ut hominum genus in perditionis molestiae, ut Suetonius, ut impii, Athei, venenifici, catharmata & eiectione. Occiduntur ut qui corrigi non possunt, qui suis scelibus alios inficiant. Itaque primum est ut communione sacrorum, orationum, lectio num arceant, & excommunicentur, hoc est enim facere *ἀπομαρτυρῆς*, extra synagogam fieri, vide cap. 9. 22. & 12. 42. Magna erat illa ignominiam nota, quasi detestabiles, & profanos conspectu & conuersatione populi Dei indignos iudicari, nam caeteris etiam honoribus consequens erat, ut excluderentur. Imitatus id postea est iustissimus persecutorum, Diocletianus, qui edicto Christianos ab honoribus capessendis prohibuit, ut Eusebius habet libro octauo historiae.

Non sufficit solum studium.

§. 5. Vbi igitur sunt, qui in Christianis veris ac iustis studium dumtaxat bonorum operum requirunt? ipsa opera negligunt? non enim eo se vsque legis rigor em extendere committuntur? Ecce contra excommunicationem, contumeliam, tormenta, mortem stare iubentur Christiani, nec sufficit nisi, & conari contra, re autem ipsa succumbere. Qui enim Christum negarit, qui scelus fecerit iam eorum numero eiectionis est. Quae Augustinus. Quid mali sit in eo quod synagoga impiorum eiciantur fideles, cum vltro, & sua se sponte separare debent? Et mysterium in eo agnoscat, quod illi qui nolent esse in Christo, eos eiecerent, qui non poterant esse sine Christo. Habuisse autem eos zelum, sed non secundum scientiam. Pena enim magnitudo non consistebat in eo, quod improborum societate se iungeretur, sed quod tanquam impii, omnium odio digni, omnium alloquio indigni, ab illis qui se Dei populum iactabant arcerentur.

Lutheri serupulus.

§. 6. Lutherus in expositione horum verborum antea disputat de sua excommunicatione. [Nam Catholicos habere dicit baptismum, sacramenta Scripturam ab Apostolis, in eorum sedere cathedra, si hic Deus non est, vberit.] Hoc argumentum ait esse, quod supra modum illis difficile sit capere, & eloqui. Imo sibi difficile esse soluere, & refutare praesertim cum tam multa illis concedenda sint. Verum esse, in papatu esse verbum Dei, manus apostolicam, suos ab illis scripturam, baptismum, sacramenta, concionandi potestatem ab illis accepisse. Quid alioqui de illis, inquit, sciremus? Quocirca oportet & fidem, & Ecclesiam Christi, Christum & Spiritum sanctum cum illis esse. Quid igitur facio, cum discipulus contra magistros

concionor. Hic eiusmodi cogitationes in animum faciunt impetum. Nunc errasse me video. Vix in me verbo quidem unquam concionatus essem. Quis enim audeat Ecclesiam aduersari, a qua fide accepimus? Crede sanctam Christianam Ecclesiam. Hanc etiam in Papatu inuenio. Quare necessario consequitur si eam condemnem, me summa in excommunicatione esse, abiectionem, & a Deo, omnibusque sanctis damnatum esse.

His cogitationibus subinde Deus pulsabat obduratum peccatum. Quid vero ad haec respondit? Ieremias se exemplo tuetur, & Apostolorum. Ieremias solus contra Israel prophetabat, Apostoli in Synagoga iuciantur: non esse illam veram Ecclesiam a qua eiectionis sit.

Consolatio improba Lutheri.

§. 7. Verum quamuis illa argumenta emendationem impederunt, non tamen animum tranquillum reddiderunt, nec sane potuerunt. Quid enim exemplum Ieremias ad Lutherum? Ieremias sanctificatus est in vtero, a Deo nominatum missus est, & quidem deprecatus multum tam magnam Prouinciam iussus est obire exitium praedixit mores impios corrigere conatus est: Dogmata fidei, quae tum Ecclesia illa tenebat non mutauit. Lutherus nunquam Dei se voce missum dicere ausus est. Arrogantia, licentia, libido eum a societate Ecclesiae remouit. Apostolorum facta cum omnino conuincunt, eiectionis sunt a Synagoga, cum iam in ipsis Apostolis & Christianis esset Ecclesia, ab illa Synagoga, quam desitutam leges ipsius, quibus constituta fuit, praedixerunt. Fidem suam sanctitate vitae, & miraculis probauerunt. At Ecclesia Catholica non est vera Ecclesia, non enim omnes Israeliti sunt filii Israel. Quid hoc ad rem? sint multi sane in Ecclesia reprobi, an ideo Ecclesia non est vera Ecclesia? an ideo potestare non habet hereticos efficiendi? In republica maior sceleris pars tollens est malorum, nec illa tamen ius suum amittit. Quod si illa sequimur Hussiana errata, nulli Ecclesiae ius excommunicandi relictum est; nulla est, quae non habeat malos, ac reprobos, vna sola quae habeat bonos. Nam in Ecclesia impiorum iusti esse non possunt. Si vera illa Ecclesia fuit, a qua verbum Dei, baptismum, concionandi munus accepit, vera etiam fuit, cum errantem excommunicauit. Quem enim verum imperatorem accipiendo donatus miles agnoscat, etiam delicta castigantem ferat necesse est. Ecclesiae verbum Dei tenenti, tradenti, explicanti credidit, sacramenta, & cathedram porrigentem agnouit, Et sane credere, & agnoscere debuit. Nisi enim illi crederet, nulla erat alia cui posset credere. Si crededi necessitas audienti & accipienti imposita fuit, et Ecclesiae fidei inconcussa veritas concessa est, qua non falleretur. Nonnulli quae fallit, credere nos Deus iubet, sed ei quae est columna, & firmamentum veritatis. Par autem Ecclesiae in fidei & morum doctrina auctoritas. Cum ergo crediderit discens docenti, & necessario crediderit, credere etiam debet errans corrigenti. Nam eadem potestas Ecclesiae potestas, quae veritatem ostendit, & firmat, & qua errores manifestat, & dissoluit, quaque contumaces errorum propugnatores a consortio fidelium abscondit. In Ecclesia enim illa iam olim coniuincta, fuere. Cogimur, inquit Tertullianus apologetico cap. 39. Ad diuinarum litterarum commemorationem, si quid praesentium temporum qualitas aut praenotare cogit, aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus passimus, spem erigimus, fiduciam firmamus, disciplinam praecipientium nihilominus inculcationibus densamus. Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura diuina. nam & indicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu: summumque futurum iudicij praedictum est. si quis ita deliquerit, ut a conuincatione orationis & conuentus & omnis sancti commercij relegatur.

Malum Ecclesiam non tollens Ecclesiam.

Ecclesia non fallit.

Vide Cyprianum Epist. 35. & 72. Proterius autem filius

filius est, qui matrem agnoscit alentem, abnegat cor- rigeantem, quasi non eiusdem sit, & vitam tucri, & mo- res formare. Bona docere, mala docere, probare ho- nestam sectantem, exorbitantem frenare, & coercere.

§. 7. Non dispar Caluini causa. Anathemata Pape negligenda: excommunicationem tamen in Ecclesia retinen- dam persequere conatur. Quia quidem in re bis fallitur. Nam & Pontificius est in omnes suas, ut pascat, & exi- tiosas contagione aliqua remoueat: ut Caluino nulli- tus est alios excommunicandi, cum ille in nulla sit Ec- clesia, nisi quam sibi ipse fecit. Cur sit enim sicut E- thnicus & publicanus, si quis Caluini Ecclesiam non audierit falsa docentem. Clemens 1.7. Stromatū, eos qui a veteri Ecclesia recedunt pios, & viros Dei desi- nere esse docet, sicut illi quos Circe mutabat in corpo- rabeluatum homines esse deserunt. Nam verissime docet. Δι' αὐτῶν τῶν παλαιῶν ἁγίων ἡνίκά τις ἐκείνων ὄ- πως πρὸς ἀποφάσεων αὐτῶν ὄψεως ἢ ἐν μὲν τῶν ἀλη- θεῶν, ἢ τῶν ἀρχαίων ἐκκλησιῶν ἢ ἀνελεῖται τῶν ὁρίων, καὶ ἡ τῶν ὁρίων ἀρῆσι ἀπέσται. Ex ipsi, inquit, scripturis necesse est ut clarissime discamus, quomodo hereses aberrant, & in sola ve- ritate, & veteri Ecclesia cognitio sit exactissima, & reuera opti- ma secta: Ea est in illis, qui Caluinisimo succo & colore sunt imbuti, mutatio.

Vnde vero ius illud veteri Eccl. suae auferat, & nouae transcribitis: nonne idem omnes sectae faciunt, ut iam diabolo etiam suae sint excommunicationes? Pontifi- ci vero ius illud iam olim concessum est, cum pastor a Domino constitutus est totius Ecclesiae ad eum toto orbe appellatur, ab eo non appellatur. Constitutio Sardicensis Concilii est. c. 4. Praescriptionem ergo ha- bet illa Ecclesia, ut haereticos excommunicet, potesta- tem nullam excommunicandi habet Caluinus, aut Be- za: nec modo nos eos legitimos pastores negamus, ve- rum etiam ipsi in Anglia faciunt Episcopi & presbyte- ri, quos tamen collegas existimant.

§. 8. Cum vero Christus tor suis admonitionibus a- postolos instruat, ne scandalizarentur, quis nostrum est, qui securum se a scandalo praesume, e auerat? & Caluinus tamen arbitratur; minime fuisse periculum, ne quis a recto cursu auertatur, modo infixa admonitiones haere- ant. At si illae excidant? excideri sane possunt: ac pro- inde scandalizari poterunt. Quid autem opus tam facile equenter inculcare, si semel dicta non possint exci- dere.

§. 9. A calumniis & contumeliis ad crudelitatem proceditur, non quamuis, non vilitatem sentientem, sed inauditam: ut existiment obsequium se praestare Deo: Graece λατρεύειν προσέειπεν, quasi sacrificium offerre. Tam- etiam Deo opus esse Christianos occidere, quam gra- tum Deo sit sacrificium, vide de laetia Deuter. 13. 9. & 17. 25. Zach. 13. 3. Quod dicitur ἀδικεῖτε ἡμῶν, sed ve- nit hora. Theophyl. Leont. sed ponit pro etiam, aut, ut alii pro ἡμῶν, ἢ. Quia enim. Itaque sensus, & synagoga vos e- iicient, qui etiam venit hora, ut existiment se obsequium praestare Deo, si vos occidant. Cultum religionis & sa- crificium esse arbitrabantur. & totam crudelitatem pie- tati imputabant. Syrus de sacrificio interpretatus est. קורבן אברהם אבינו אברהם אבינו אברהם אבינו Corbenam offerre Deo, seu sa- cere appropinquare Deo. Quanto odio orthodoxos haere- tici, & Christianos Gentiles persecuti sint, omnium temporum historia edocuit. Et nunc quoque & Patrum memoria nimirum acta Germaniae demonstrant. Proponam veteris exemplam vnum e millibus, quod mutatis nominibus in Caluinianos ita conuenit, ut iam non historia, sed Prophetia videri possit orat. 3. Ut enim edicta eius, (Iuliani) praeterquam quae aduersus aedes sacras, tum publice proponerentur, tum priuatum explebantur. & vo- tiorum donorum ac pecuniarum expilationem, non magis ab impietate quam ab auaritia manantem, & sacrorum vascu- lorum, quae prophetis manibus petulantur & contumeliose tra-

Excommu- nicatio Cal- uiniana.

Sanctus in Christia- nos.

Veterum crudelitas.

habantur, direptionem, ut etiam sacerdotes & subditos, quae pro his rebus abstraherentur, acerbisimaeque torquebantur. & columnas cruoris plenas, horum manibus atque complexu dum virgines caderentur, per orbem circulas, ut etiam sagittarios per regiones & vrbes discurrentes, atque ipso etiam qui hac impera- bat, & acrosos & crudeliores (quo nos videlicet cum Persis & Scythis aliisque Barbaris in ditionem suam atque imperium redi- gerent) ut hac, inquam, omnia praetermittam, eccus tandem Alexandrinorum crudelitas ignota est, qui praeter multa alia, qua aduersus nos designarunt, temporis licentia immoderate abutentes plebs etiam alioqui seditiosa & furiosa, hunc quoque impietatis sui cumulum adiuuasse referunt, ut sacrosan- ctum templum nostrum duplici cruore, hoc est victimarum, & hominum imbuerent, idque Imperatorij cuiusdam Philisophi ductu atque auspicio perpetrasse (Pythodorus is erat) ab his tan- tum rebus nominis famam consecutus? Ecce Helopoliarum concursio incognita est? ecce Gracorum, (qui apud eum in ad- miratione & honore erant: propterea quod ipsam magnificen- tiam probe per sentiebant) effraus audacia? Ecce Arethusrum furor, qui cum prius obscurus atque ignobilis esset, ab eo tempore perquam etiam notus ac celebris fuerit? Nec enim praetera- duntaxat actio celebris atem hominum parit: sed etiam improbi- tas praerorum hominum gloriam sperans. Illi enim, (ut vnum ex multis commemorem, quod etiam Atheni horrorem incutere queat) Virgines castas, & mundo sublimiores, quae, vix eian- viris in conspectum venerant, in medium proaducas, vestibus nudatas (ut per aspectum contumeliam ipsis prius inferrent) ac postea profectas atque disiectas (id est Christe, quomodo tuam illius temporis patientiam feram?) partim propriis etiam dentibus comminutas edisse, atque, ut eorum execrandum ferorem di- cebat, crudis heparibus sese in gurgitasse feruntur, ac cibo illo per- functos, communem & vitatum admisisse: partim palpitanti- bus adhuc visceribus suillum pabulum inferuisse, ferocissimisq; porcum immisissu hoc spectaculum obiecisse, ut simul cum hordeo carnes lanare atque exedi perspicerent, mixtum alimentum, ac dum primum conspectum & audiuim: quo sane uis solum demo- nes suos alere merebatur, qui horum scelerum architectus erat: quem admodum etiam, ut par erat, & sanguine illo & vulnere aluit, quod in precordis accepit: etiam si miseri homines ad res huiusmodi sensu careant, ac pra impietate, ne mentis quidem sint compotes.

§. 10. Quod vero v. 3. dicuntur id facturi, quino non hauerunt, neque Christum, neque Patrem, non dicitur ad impiorum excusationem, sed ut Apostoli fidentius contra eos infurgant, docere, ac corrigere pergant. Crassa enim & affectata ignorantia fuit, quae ipsa pec- catum erat, qua etiam Deo illudere tentabant: itaque odium, reprehensio irritata, furor, caecitas omnia praecipitabant. Non aliam agendi rationem haeretici tenent, praeterquam omnium furorum faciunt pietate. Non omnium vna est ratio, seductis ignosci potest, sed du- ctiores veniam non merentur. Tenenda lex quam haereticorum est orat. 21. Nazianz. Non quem admodum Leonum catero- rumque animalium non idem sanus motus atque impetus, nec vi- rorum ac mulierum, nec senum ac iuuenum, verum & atatu & generum haud exiguum discrimen est: sic nec praefectorum & subditorum. Nam plebes hominibus, qui per errorem id admi- serint, ignoscendum fortasse fuerit, quibus illud plerumque saluti est, quod animum a curiosa exploracione alienum habent. At Doctores quo tandem modo idem concedemus, qui aliorum etiam inscitias emendas, nisi id falso sibi nomen arroget. Nam cum Romanorum legem nemini, quamlibet rustico & indocto, igno- rare liceat, nec lex vlla extet, quae criminibus per ignorantiam commissa opem ferat: nonne absurdum est, salutis Doctores & Antifites salutis principia nescire, etiam si aliquando simplici- res sint hebetiorque animo? Verum hu sane ignoscatur, qui impy dogmatibus per ignoracionem assensum per abuerant. Quid autem de aliis dixerit qui etiam ingenij laudem sibi vendicantes, ob eas tamen, quae commemorauimus causas, haeretici rerum po- tioribus manus dederunt, & cum pietatis personam diuertit tempore tanquam per ludum gessissent, simul & aliquid appa- runt,

Pravus & san- ctitas per cau- sas.

uit, quo convinci que corrigi possent, proximus corruerunt? Hec omnia maiore furore faciunt nostri Sectarii. Non enim excusari possunt, qui ut exosos redderent Catholicos, eos concionibus, calumniis, famosis libellis, ita depinxerunt, ut si quis omnia consideret, facile deprehensuris, plura, grauiora. & quidem notorie falsa contra Catholicos confinxisse iam a centum annis, quam totis reliquis mundi aetibus, quibus contra haereses fides luclata est.

VERSUS 4.

Sed hac locutus sum vobis ut cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis, &c.

QUESTIO I.

An à principio non dixerit?

§. 1. **C**ontrouersa sunt verba Christi. Nam siue de Spiritu sancto dando, siue de tribulationib. intelligantur, non apparet, quomodo non ante dixerit. De Spiritu sancti aduentu. August. B. da, Rupert. interpretantur. De Spiritu sancto dando mentio est. c. 2. & 3. v. 5. & 6. & c. 4. 38. & v. 13. & c. 7. 39. Verum perfectiones etiam saepe numero praedixit. mitam tantquam oes in medio luporum: itaque varia sunt explanationes.

Ab initio non dixit.

Chrylustomus, Cyrillus, ac pletiq; de afflictionib. hoc est, praesenti materia intelligunt, atq; etiã Euthymius. Quidam de tanto odio non dixisse, ut morte eorum facinricium iudicarent. Alii de persecutione quidem mentionem factam, non de morte. Nonnulli de gentium non ludaeorum persecutione ante locutum. Mihi contra illas interpretationes discutere necessarium non puto: Probabilis illa est, quã dicitur ab initio Christum illis non dixisse, cum colligeret discipulos, sed in medio cursu, cum iam fortiores essent. Quamuis autem narrationem Matthaeus habeat ante vincula Ioannis recensita, & legationem, Lucas tamẽ postponit; nec sane initio discipulos ad praedicandum misit, sed postquam ab ipso factis ad docendos alios instructi essent. Hoc obstat videtur, quod ideo non dixisse videtur, quia cum illis erat, quod ad secundum, & tertium annum etiam extendi pot. st.

Preueniat & sum dicitur & persequitur.

Respondendum mihi videtur, dixisse quidem de illis quae euentura erant, ut ex Matthæo, & Luca constat: verum non eo modo, quo hoc loco, & quamuis totum dixerit, id tamen quod formidolosissimi nũ erat Apostolis non est intellectum. Duo nunc sunt, quae illis denunciat, suum abitum, & discipulorum tristitiã, persecutiones post abitum, hoc vero erat, quod in malis tristissimum videbatur, abeunte Domino, se mundum diludibitum, suppliciumque relinqui: cum ante moneret fore ut eos in mundas persequeretur, discipuli, qui de eius morte nihil cum conceperant, non aestimabant illa omnia, quibus praesente Domino nihil triste videbatur, quod ad eum refugium sibi paratum viderent, qui se laesos facile sanari, occisos resuscitari posse viderent. At nunc duo illa coniungit, & se in mortem traditum iri, & eos odio omnium, iniuriisque obnoxios fore. Hottatur tamen ne animum despondeant: non relinquendos orphanos, sed de Spiritu sancto corroborandos. Quamuis autẽ de morte Domini audierãt, & suis aduersitatibus, nunquã tamen illa aperte Dominus coniunxerat, ne nimia tristitia absorberentur.

§. 2. Cur autem non dixerit, causam reddit: Quia vobiscum eram. Quia vobis nulla acerbior erat oratio, quam de meo abscessu, tanquam filios nuptiarum, cum essem sponstus, nolui vos constutare. Nunc vero omnia dicenda sunt, ne cum venerit

scandalizemini. Dicenda etiam posteris vestris, ne alia conditione mihi seruituros arbitrentur, quam ut crucem tollant, & sequantur me: & quamuis aspectabilem praesentiam non habeant, uti vos nunc habuistis, Spiritu tamen eodem firmentur. Optime Theophyl. Διό ουκ ειπεν οσα αν αι τηση τε, καθυκαλεισω τον πετερον, η ποιησαι, ελω ποιησω, η οικειαν εξεσωσεν δηλουν, ενω δεξαθη ο πετηρ εν τω υφω, οταν ηδ φανη ο υος μεγαλα διωαμην, ποτε δεξαθη τευ ο παιον υον γενηνικως. δεξαθη η οικειαν ηδ η πετηρ δεξης. εν τω ονοματι η κυρια ημων Ιησω Χριστω εγγοντο τασημεια, λοι των σημειων εστις εον τω λογω των δεποσλων, η λοιπον εις θεογνωσιαν ερχομενοι, επινωσπον τον πετερον, ηη ετως εδοξαζετο εν τω υφω. Noua igitur nunc forte viuendum est; Nuptiae tranterunt, ad certamen vos accingite, finiti sunt dies Alcedonii, iam venti & fluctus omnia turbabunt.

§. 3. Temere hic Bullingerus argutatur, ex eo quod dicit: Vobiscum eram, se qui postea cum illis non futurum; atq; ex eo demum in sacramento Eucharistiae non esse concludit. At Christus hoc loco non de quavis absentia loquitur, sed ea quae familiarem cum illis congressum, & aspectum auferret. De Sacramentali praesentia nulla est mentio: Ea se ad futurum promissit, cum corpus suum illis, eledit & sanguinem, iustis, ut idem etiam illi facerent, ut in Matthæo docui cap. 26. Quae vero relicta nobis sit Christi praesentia, omnes docent veteres. Iustinus Dialogo cum Triphone. Diaconi dant vnicuiq; adstantium communionem panis consecrati, & vini aqua mixti. Non enim ut communem panem, neq; ut communem potum ista sumimus, sed quomodo per verbum Dei incarnatus Iesus Christus seruator noster, carnem & sanguinem pro salute nostra habuit. Ita & cibum benedictum per orationem verbi Dei ab ipso, ex quo cibo caro & sanguis per mutationem alitur, carnem & sanguinem illius Christi incarnati esse docti sumus.

Et Eusebius Eryssenus hom. de Paschate quomodo non sit nobiscum, & quomodo nobiscum maneat verbis disertis exponit. Et ideo quia corpus assumptum ablatum erat ex oculis nostris, & sideribus illa: vultus, necessarium erat ut nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret, ut coleretur, iugiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium ut quia quod videri non desisset currebat pro hominum salute redemptio perpetua esset etiam redemptionis oblatio & perennis illa victima vueret in memoria, & semper praesens esset in gratia: vere vnica & perfecta hostia, fide estimanda non specie nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Vnde merito caelestis confirmat auctoritas: Quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Recedat ergo omne infidelitatu ambiguum, quandoquidem qui author est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis sacerdos visibilis creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit dicens: Accipite, & edite, hoc est enim corpus meum, & sanctificatione repetita accipite & bibite, hic est sanguis meus: Ergo sicut ad nutum praecipiens Domini repente ex nihilo subsisterunt, ex celsa caelorum & profunda fluctuum, vassa terrarum pari potentia in spiritualibus sacramentis verbi praecipit virtus, & seruit effectus.

VERSUS 5. & 6.

QUESTIO I.

Cur dicat meminim rogare quo vadat?

§. 1. **M**inim etiam hoc videri possit, cur dicat meminim rogare quo vadat. Cum tamen & vix nescire se profiterentur, & sequi paratos ostenderent, atq; adeo scire se cupere ostenderent, quo esset iturus. Quidam reprehendi eos existimant, quod non rogarent; idq; tribus modis, vel quod metiore impedimento quaerent, quae ad salutem erant, necessaria. Vel quod non instarent, vigerentque, vt explicatè omnia cognoscerent. Vel quod cum ante rogassent, quasi

secu-

Intelligunt etiam electos, etiam regenicos. Contro-
uersiam illi satis ipsa Scriptura decidit. Deinde arguit
de peccato, quia non crediderunt in eum. Infidelitas
improbiorum est, igitur & eorum est redargutio. Non
tamen negandum etiam renatis Spiritum sanctum sua
ostendere peccata, tam ea, quae olim antequam rena-
scerentur, habuerunt, quam illa quae quotidie infirmi-
tate carnis admittunt: sed Spiritus hic mundum seu
ut Syrus habet *ܡܢܗܘܢ* saeculum conuincit, quod Apo-
stolis obstitabat, de fidelibus peccata sua agnoscentibus
& desistentibus non agitur: illos enim consolatur,
non arguit, eo modo quo mundum in omnem il-
los veritatem deducit.

Mundus in
fideles hic
significat.

§. 4. Arguet de peccato. Lutherus Spiritum sanctum
ait mundum arguere de illo peccato, quod non nouit
mundus esse peccatum. Nam alia peccata quae nouit
mundus esse peccata, multi non commiserunt, haec
autem redargutio ad omnes pertinet. Cruciget infidus
Lutheri locius in comment: huius loci. Eodem
pene modo, caliginem mentis & inclinationem in pec-
cata, non habita esse pro peccatis à mundo. ideo de his
Spiritus sanctum arguere mundum. Calvinus doce-
re Spiritum sanctum, sine Christo, ne vel guttam re-
ctitudinis esse. Extra Christum regnare peccatum. Et
Bucerus; Eos nihil quam peccare posse, qui non cre-
dunt. At Lucas Loffius, solam infidelitatem argui, cæ-
tera etiam peccata à legē damnari. & Aretius: Solus
Spiritus sanctus *ἀμαρτίαν* arguet. Apparet hic magna di-
uersitas haereticarum opinionum.

Diversitas
haereticorū.

Quidam enim vnam infidelitatem, alii omnia pec-
cata, alii etiam illa quae verē peccata non sunt argui vo-
lunt à Spiritu sancto. Alii deniq; alia paradoxa stabili-
tate conantur, nempe malos nihil aliud posse, quam
peccare.

De omni
peccato ar-
guet.

§. 5. Spiritus sanctus arguit mundum de omni pec-
cato: nam ostendit omnes esse sub peccato, nisi quos
gratia Christi à peccato liberauit. Incipit autem à pec-
cato, quoniam omnes peccatores inuenit. Qui enim
iustitiam, non suis viribus, aut philosophorum legi-
bus iusti erant. Nullum igitur peccatum excipiendum
est, quia nullum irreprehensum, nullum vel non ex-
piatum, vel non punitum. Spiritus enim locuturur
corda, & renes, dicta, facta, cogitata, & horum inten-
tiones, atq; adeo intentionum radices; ideo iustus vix
saluabitur. Fidem sanē doctorem, cui salus Eccle-
siae cordi est, non vni alterius vitio extirpando ope-
ram dare oportet, sed vniuersam aciem, & robur pec-
cati opprimere. Hanc nos expositionem Apostolorū
conciones, & Epistola docuerunt, adeoq; sanctorum
Patrum in hodiernum diem continuata ministeria.
Nullum enim peccatum adeo reconditum est, ac sub-
tile contra quod non in omnibus cathedris, ac libris
Spiritus sanctus concionetur. Non igitur ad vnum
peccati genus restringere oportet, quo videmus con-
tra omne vitium fieri.

§. 6. Cur igitur sola nominatur infidelitas, si om-
nium est redargutio? Respondeo. Eam ob causam il-
lam nominari, quia principalis est causa, cur mundus
etiam de aliis sceleribus arguatur. Si enim crederent
in Christum, & fidei charitatem coniungerent, Spiritus
sanctus iam deleteret peccata, non argueret, redar-
gutio enim eorum est, quae non fatentur rei. Sic dici-
tur iudex reum conuincere de crimine, cum factum
negat; testes enim, & argumenta producantur: si ipse
falsus est, & ignosci petit, cessat quaestoris industria.
Sic etiam conuincitur, cum factum concedit, sed re-
cte factum defendit; probandum enim est actori non
recte factum esse. Si quaeris, cur actor arguitur cur
conuincere nititur, testes tabulasq; producit?

Respondetur, quia reus inficiatur factum, aut legi-
time factum esse defendit. Non quod sola facti in-
fi-

ciatio, aut praua defessio id sit, quod actor inculcat, sed
quod conuictione & probatione non esset opus, si
faterentur haberet reum. Ita causa ad sancti Spiritus
tribunal disputatur. Mundus totus in maligno posi-
tus erat, nullum scelus tam atrox, nullum flagitium tam
turpe erat, cuius passim non exempla cernerentur.
Plerique innocentes haberi volebant, esse pauci stu-
debant, quibusdam etiam peccatis virtutum nomina
imponebant, nasci se in peccatis negabant, sua se virtu-
te, & philosophia iustos esse iactabant, in Christum cre-
dere nolebant. Hic se magna vi Spiritus sanctus op-
ponit, & omnium ac singulorum mundum conuin-
cit, teste lege Dei, voce naturae, ac cuiusq; conscientia
vltus. Tot conciones, tot miracula, tot adhibet dispu-
tationes, vt arguat, & conuincat; quia non credide-
runt in Christum, quod si facerent, vna fide, iam cau-
sa peracta esset, & venia etiam sceleratissimis concessa.
Infidelitas igitur responderet inficiationi rei contu-
macis, quae causa est laboriosa quaestioni, & sua per-
nicacia rigorem legis irritat, iudicis condonare parati
misericordiam inhihet, quam humilis, ingenua, & fa-
cti poenitens confessio prouocaret. Atque hoc modo
verba S. Augustini sunt intelligenda, quae de infideli-
tate habet. De peccato igitur conuincitur mundus,
quia in illo pertinaciter haeret, & eius infidelitas est
conuersionis impedimentum. Se ipsi igitur separant,
& arguuntur à Spiritu sancto. *Quomodo*, inquit
Irenaeus l. 5. c. 27. *In immenso lumine, qui excoecauerunt se-
met ipsos, vel ab aliis excoecati sunt, semper priuati sunt iucun-
ditate luminis: non quod lumen penam eis inferat caecitatem,
sed quod ipsa caecitas superinducat eis calamitatem. Et propter
hoc Dominus dicebat, qui credit in me, non iudicatur. i. e.
non separatur à Deo: ad vnitum est enim per fidem Deo. Qui au-
tem non credit (ait) iam iudicatus est, quoniam non
crediderit in nomine vnigeniti filii Dei, id est, separauit
semetipsum à Deo voluntaria sententia. Hoc est enim
iudicium, quoniam lumen venit in hunc mundum,
& dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.
Omnis enim quidem malè agit, odit lucem, &
non veniet ad lumen, ne traducantur opera eius. Qui
autem facit voluntatem, venit ad lumen, vt manife-
stentur opera eius, quoniam in Deo est operatus.
Quoniam igitur in hoc mundo quidem quidem accurrunt lu-
mini, & per fidem vniunt se Deo, alij abstinent à lumine, & se-
parant se ipsos à Deo.*

§. 7. Facessant igitur, qui iniuriose contra Spiritum
sanctum insurgunt, atque eius impulsu peccare sanctus non
se iactant; arguit ille mundum de peccato, arguere impellit ad
non potest, cuius ille auctor est, mundus instrumen-
tum. An contra gladium causam agent latrones, quod
hominem confoderit; aut contra falce[m] furis a ma-
nus quod messem alienam defecerit? Quomodo
Zwingliani in Deum peccata sua referant alibi de-
monstrauit.

VERSUS IO.

De iustitia vero: quia ad Patrem
vado: Et iam non videbitis me.

QUESTIO I.

Quomodo mundum arguet de iustitia?

§. 1. Duplex est interpretatio. Prima: Spiritus
sanctus mundum conuincet, de Christi iusti-
tia; nam probabit eum iustum fuisse: iniquo, imo infan-
do iudicio damnatum. Altera: Conuincet mundum, non
Christus ius-
esse iustitia nisi per Christum: quod Epist. ad Romanos *stus est &*
& Galat. maxime probat Paulus. Argumentum quod *sine illo non*
id probat Spiritus sanctus est; quia vadit ad Patrem, *est iustitia.*
hoc est in caelum, paternum regnum possessurus: eum au-
tem iustitia & innocentia conspicuum fuisse necesse
est.

est. Profectum vero ad Patrem esse, multiplicia signa, quibus doctrinam Apostoli confirmabant, indubitato demonstrant. Eodem argumento etiam sesudita expositio comprobatur. Ab eo enim nostra iustitia, & sanctitas manat, qui pro nobis mortuus ad Patrem abiit; qui pro nobis interpellat, & remissionem peccatorum impetrat, resurrexit propter iustificationem nostram: hoc ergo Spiritus sanctus ostendit, in alio nullo salutem nobis sperandam esse, nisi in Christo; ille enim hanc ob causam sedet ad dextram Patris, & passionis merita pro nostra redemptione exhibet. Priorem habet Chrylostomus. Convincer inquit, *ὅτι ἀληθῶς πατέρα ἑαυτοῦ βίον ἔχει, τὸ τοῦ πατρὸς ἔχει τὸ πνεῦμα ἰσότητος.* Convincet inculpabilem egisse vitam, cuius indicium est, profectio ad Patrem. Neque enim illa signa facere possunt peccatores. Theophylactus paulo aliter in parte. *ὅτι ἐστὶν πατὴρ ὁ θεὸς αὐτοῦ.* Demonstrabit, quod mundus iustitia carcat. Commodissime utraque expositio coniungitur.

Nam Christi ad Patrem profectio, & ipsum iustum ostendit, & ab eo uti omnium capite manare omnem iustitiam, absq; eo nullam esse necesse. Convincer igitur Spiritus sanctus mundum de iustitia Christi quae in illo formaliter ut loquuntur inhaeret, quaeque efficax est, atque in omnibus membris suis iustitiae productrix, seu de iustitia Christi, origine & fonte iustitiae, omnis quae in fidelibus est.

Profectio ipsa non est iustitia.

§. 2. Iustitiam nostram esse ipsam profectioem ad Patrem multis conatur Lutherus ostendere, at totum hoc esse falsissimum, nisi de causa meritoria, & efficiente, intelligatur. Eousq; vero assumpti mentendi abripitur, ut fingat de Christi iustitia nihil haecenus a Theologis cognitum esse.

Hanc quidem iustitiam, quam illi sceleratissimis à Deo imputari fingunt, omnis retro aetas non tam ignoravit, quam iam damnavit, Christi iustitiam omnes iustificantem agnovit, iustitiam peccati expultricem, animae ornamentum, donum gratiae inhaerens, ad opera virtutum inclinans, à vitiis seu cans. Hanc iustitiam in seis requisivit maiorem ac meliorem iustitiam Pharisaeorum. Respondemus Lutheranis, quod Irenaeus Marconi lib. 4. cap. 2. *Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Quid autem erat plus? Primum quidem non tantum in Patrem, sed & in filium eius iam manifestatum credere: hic est enim, qui in communionem & unitatem Dei hominem ducit. Post deinde non solum dicere, sed & facere. Illi enim dicebant, sed non faciebant: & non tantum abstinere à malis operibus, sed etiam à concupiscentiis eorum. Hac autem non quasi contraria legi docebat, sed adimplens legem, & insurgens iustificationes legi in nobis. Illud autem fuisse legi contrarium, si quodcumque lex vetasset fieri, id ipsum discipulis suis iussisset facere. Et hoc autem quod praecepit, non solum vetitum à lege, sed etiam à concupiscentiis eorum abstinere, non contrarium est, quemadmodum diximus, neq; solvens legem, sed adimplens, & extendens, & dilatans. Etenim lex quippe servitio posita, per ea quae sortis erant corporalia animam erudiebat, velut per vinculum attrahens eam, ad obedientiam praeceptorum, ut disceret homo adseruire Deo. Verbum autem liberans animam, & per ipsam corpus voluntarie emundari docuit: quo facto necesse fuit auferre quidem vincula servitutis, quibus iam homo assueverat, & sine vinculis sequi Deum, superextendi vero decreta libertatis, & augeri subiectionem quae est ad regem, ut non retrorsus quis revertens indignus appareat ei, qui se liberavit. Eam vero pietatem & obedientiam, quae est erga Patrem familias, esse quidem eandem & servum & liberum: maiorem autem fiduciam habere liberos, quoniam sit maior & gloriosior operatio libertatis, quam ea quae est in servitutem obsequentia.*

Iustitia ergo Lutheri hoc loco est Christi ad Patrem profectio, ita ut nulla sit in ipsis sanctitas, qua iusti

reddantur, sed nulla peccata imputentur. Tales apud Irenaeum lib. 1. sunt Valentiniani. Quapropter & immoratae omnia quae venantur, hi qui sunt ipsorum perfecti operantur. De quibus Scriptura confirmant, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non hereditabunt. Etenim idololatriam differenter manducant, nihil iniquitari ab ipsis putantes, & in omnem diem festum Ethnicorum pro voluntate in honore eorum factum primi conveniunt, ut in nubilo quidem abstinent, quod est apud Deum, & apud homines otiosum munus homicidiale spectaculum. Haec illi liberè, & sine ullo Dei timore faciebant.

§. 3. Similis iactantia fiduciariorum, se, cum semel fidem receperunt, ob omni peccatorum imputatione liberos esse, Christi iustitiam esse suam. Et quemadmodum nostri sectarii à rigore legis se liberos iactant, pari modo olim Simoniani, ut Irenaeus libro 1. c. 20. Prophetas autem à mundi fabricatoribus Angelis inspiratos dixisse Prophetias: quapropter nec vlt erius curarent eos, hi qui in eum & in Selenen eius spem habeant, & ut liberos agere quae velint: secundum enim ipsius gratiam saluari homines, sed non secundum operas iustas. Nec enim esse naturaliter operas iustas, sed ex accidenti quemadmodum posterunt, qui mundum fecerunt Angelis per huiusmodi praecepta in servitute deducentes homines. Quapropter & solus mundum & liberari eos qui sunt eius ab imperio eorum qui mundum fecerunt, repro-misit.

Calviniani Simoniani Patres.

Illiquidem in Selenen, seu Helenam spem habebant, nostri in Christum sperare se fingunt, sed reuera ex Christo Simonem & Selenen faciunt. Cum legis rigore se ex soluros clamant, & placere Christo solo conatu bonorum operum, etsi malorum pleni sint.

VERSUS II.

De iudicio autem: quia Princeps huius mundi iam iudicatus est.

QUESTIO I.

De quo iudicio convincet mundum?

§. 1. Quorundam interpretatio est, iudicii nomine, intelligi ordinem, & mundi compositionem atq; opponi τῆ ἀτάξια, perturbationi, & rebus in-compositis: excogitatum est Calvinii, quod novatoribus multis placuit, non omnibus tamen, ne ipsi quidem Beza. Qui de auctoritate & potestate iudicandi interpretatur, quam Christus in Ecclesia, totoque mundo exercet, de qua Matth. 28. Calvinii expositio sane displicet, dum nimium à proprietate verbi *ἡγεμονίας* recedit: deinde inconcinne adderetur, Princeps mundi iam iudicatus est, *ἡγεμονίας*: nec causa est, cur in eadem sententia, cum sit causa expositio, & quinocè Dominum locutum dicamus. Etsi enim daemone iudicato & eiccto, Respublica mundi sit composita, de iudicio tamen non republica hinc agitur.

§. 2. Convincer igitur mundum de iudicio, quod contra Christum ipse magnà iniquitate pronunciauit. Illud iniustum fuisse, iudicium etiam falsum, quo Evangelium damnat, Ecclesiam perituram arbitratum. Hoc ex eo probat, quod Princeps mundi iam iudicatus sit, & victus. Cum ergo CHRISTVS Principem ipsum mundi vicerit, iudicavit, eiecerit, praevum est mundi iudicium CHRISTVM damnantis, sanctissimum Christi Angelorum malorum Principem iudicantis. Iudicatum autem & victum mundi Principem Spiritus sanctus multis modis edocuit, dum daemones mundi Deos, non Apostoli modo, sed puteri etiam puellaeque figerent. Tertull. apol. cap. 23. Si altera parte, verè Dei sunt, cur sese demonia memiserunt? an ut nobis obsequantur? Iam ergo subiecta est Christianis animi.

Principi mundi vs.

Heretici rursus perbia.

diuinitas vestra, nec diuinitas deputanda est, qua subdita est homini, & si quid ad dedecus facit emittit suis. Si altera parte demones sunt vel Angeli, cur se alibi pro dijs agere respondent? Nam sicut illi qui dijs habentur, demones se dicere voluissent, si veri dijs essent, scilicet ne de maiestate se deponerent: ita & isti, quos directo demones nostri non auderent alibi pro dijs agere, si aliquo mino dijs essent, quorum nominibus vruntur. Vererentur enim abuti maiestate superiorum sine dubio, & timendorum: adeo nulla est diuinitas ista quam renetis, quia si esset neque a demonijs affectaretur in confessione, neque a Deo negaretur. Cum ergo vtraque pars concurrat in confessionem Deos esse negans, agnoscite vnum genus esse, id est demones. Verum vtrorūq; iam Deos quarite. Quos enim presumpsit atq; demonas esse cognoscit. Eadem vero opera nostra, ab eisdem dijs vestris non tantum hoc detegentibus, quod neg. ipsi Dei sine, neque vlli alij. Etiam illud in contenti cognoscit, qui sit vere Deus & an ille, & an vnicus quē Christiani profitemur, & an ita credendus colendusq; vt fides, vt disciplina posita est Christianorū. Sane per Tertullianum Catholicum, vt per alios clarissime gentes conuicit. In eodem apologetico verba eius sunt. Dicent ibidem, equis ille Christus cum sua fabula? Si homo communis conditionis, si magus, si post mortem de sepulchro a discipulis surreptus, si nunc denique penes inferos, si non in caelis potius, & inde venturus cum totius mundi motu, cum horrore orbis, cum planctu omnium, si non Christianorum, vt Dei virtus & Dei Spiritus, & sermo & sapientia & ratio & Dei filius. Quodcumque videtur, rideant & illi vobiscum: negent Christum, omni ab eis animam, restitutum corpore iudicaturum. Dicant hoc pro tribunali (si forte) Minos & Radamanthum in secundum consensum Platonis & poetarum hoc esse sortitos: sue saltem ignominia & damnationis notam reseruent. Renuntient se immundus Spiritus esse, quod vel ex pabulis eorum sanguine & fumo & putidis rogis pecorum, & impurissimis linguis ipsorum vatum intelligi debuerit. Renuntent ob malitiam peccatorum se in eundem iudicij diem cū omnibus cultoribus, & operatoribus suis. Atquin omnia hec nostra in illis damnatio & potestas de nominatione Christi valet, & de commemoratione eorum que sibi à Deo per arbitrium Christum imminuta expectant. Christum timentes in Deo, & Deum in Christo subiiciuntur seruis Dei & Christi. Ita de contractu, deque assiduo nostro contemplatione & representatione ignis illius correpti etiā de corporibus nostro imperio excedunt inuicti & dolentes, & vobis presentibus erubescerent. Credite illis cum verum de se loquuntur, qui mentientibus creditis. Nemo ad suum dedecus mentitur, quin potius ad honorem. Magis fides prona est in aduersus semetipos confitentem, quam pro semetipsis negantem. Hec demique testimonia Deorum inuestrorum Christianos sacros conseruauerunt, quia plurimum illis credendo, in Christo Domino credimus. Ipsi literarum nostrarum fidem accedunt, ipsi spei nostre fidenciam addiscant. At colitis illos quod sciam etiam de sanguine Christianorum. Nollent itaque vos tam fructuosos, tam officiosos sibi amittere, vel ne à vobis quandoque Christianis fugentur, si illis sub Christiano volente vobis veritatem probare mentiri liceret.

VERSUS 12.

Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.

QVÆSTIO I.

Quæ illa multa, quæ portare non poterant?

S. Verba clara, nec sensus ambiguus est. Multa enim habere se Christus profitebatur dicenda Apostolis, sed quæ non possint portare modo, quorū nunc id eo non sint auditores, intellegendos postea cum acceperint Spiritum sanctū. Hæretici nonnulli quæ Apostoli nondum portare poterant, suas hereses esse dicebant, vt testatur Augustinus tract. 97. Omnes autem insipientissimi hæretici, quos se Christianos vocari volunt, audacias figmentorum suorum, quas maxime horret sensu Adams Conzen in Euang. Tom. II.

sus humanus, hac occasione Evangelica sententia colorare conantur, vbi Dominus ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: quasi hoc ipsa sint, quæ tunc discipuli portare non poterant, & ea docuerit Spiritus sanctus, quæ palam docere atq; predicare, quanta libet feratur audacia, Spiritus erubescit immundus. Hoc Apostolus in Spiritu sancto præuidens ait: Erit enim tempus quo sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum desideria sua Magistros sibi coaceruabunt prurientes auribus: & à veritate quidem auditum suum auerterent, ad fabulas autem conuerterentur. Illa enim secreti furtiūq; commemoratio qua dicitur, panes occultos libenter attingite, & aqua furtive dulcedinem: prurium facit audientibus in auribus spiritualiter fornicantibus, sicut pruritu quodam libidinis etiam in carne corrumpitur integritas castitatis.

Id Tertullianus fecit, dum bigamiam damnat. c. 2. Hæc ille pro Montani Paracletico ex Valentinianis & Gnosticis, aliter c. 28. & 29. de præscriptionibus locutus est.

§. 2. Augustinus tractatu 97. in Ioannem fateretur illa, quæ portare non poterant, magna & sublimia fuisse, quæ vero fuerint non posse sine temeritate defini. Magna niri. Theophylactus. Qualem autem veritatem dicit: aut fuerint, de omnibus cognitionem. Ipse quidem Dominus, nihil de semagntificæ dixit, simul humilitatis typum exprimens, simul ob re non potaudientium imbecillitatem, & Iudeorum ignorantiam, sed nō tuerunt. palam recensuit legalium obseruationum dissolutionem. Ne omnibus videretur esse Deo contrarius. At postquam venit Spiritus sanctus, & filij maiestas manifestata est, & vera omnium cognitio eluxit, & sublatis è medio legalibus typis, & mutilibus factis, in verum cultum qui est in spiritu eraducti sumus, per signa quæ in spiritu perfecta sunt, stabilis à fide.

Eodem sensu etiam Irenæus disputat contra eos qui hæreticorum nouitates docuisse Spiritum sanctum volunt.

Catholicorum est vera expositio; quædam nimium sublimia mysteria eo tempore prætermisisse, quod eorum imbecillitati conuenire non posse videret, ea tamen deinde per spiritum sanctum tradidisse.

§. 3. Hæretici calumnia & improba obiectioe Catholicos omnes grauant, cui Lutherus homilia in hunc locum initium dedit. Pingit enim Catholicos ex hoc loco traditiones, & ceremonias Ecclesiasticas probare, quas ipse scurriliter enumerat, ostenditque eas non esse tales, quas Apostoli portare non potuerint, cum nunc eas pueri, ac mulieres capiant. Lutherum tam Caluiniani, quam Lutherani sequuntur. Buceus præ Calumnia hereticorum. serm, qui multus in eo est, vt probet, illa quæ Spiritui sancto reseruata sunt, ceremonias non esse. Eadem Cruciger, Musculus, Lossius, Aretius, Caluinus, Bullingerus, cuius verba adferam, tum quia posteriores fere ex eo descriperunt, tum vero, vt Calumnia notoria modum formamque lectur inspicat. Abutuntur præsertim Evangelij loco Pontificij Sophiste, hinc fulciant omnia sua commenta, quæ vel extra, vel contra scripturæ canonem, Ecclesia tradiderunt obseruanda. Non omnia tradita sunt, inquit ab Apostolis, quia nec omnia his quoque reuelata sunt. Multa enim reseruata sunt patrum in concilijs determinationi. Vnde scriptum est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nunc non potestis portare. Atque hinc innumerant Missarum celebrationem, Idolorum cultum, cælibatuum clericorum, Vota Monachorum, & quæ huius generis alia sunt. Contra ista deinde disputata deo vehementer, quasi nesciat confictam esse à se calumniam, mirumque ait, nos illa futilla c. pita proferre audere, & pro ijs venditare, quæ Dominus in cœna illa reuelare noluerit.

Respondet. Quæ illa sint, quæ reseruata Dominus nobis incognita esse, vt etiam docet Augustinus, graua esse & sublimia non dubitamus, nec tam necessarii est, omnia grauissima, & difficillima intellegere.

Gratia fuerunt que referuntur in istis, quorum tunc capaces non erant.

Et fuisse, duae enim causae erant, cur portare non possent. Prima, recondita rerum maximam obscuritas, cui nondum idonea erat ruditas Apostolorum. Altera motor, timor & consternatio Apostolorum, ob discessum Domini, & imminens omnibus periculum, quo circa ne facilius rerum expositioni quidem valde attendere poterant. Verissime Augustinus docet, esse quaedam quae illi tum capere non poterant, nunc etiam Christiana plebs capere possit. Sed quanam sunt ista, inquit, tract. 96. quae ipse non dixit, temerarium est velle presumere & dicere nam & mori pro Christo nondum erant idonei tunc Apostoli quibus dicebat, Non potestis me sequi modo. Vnde primus eorum Petrus qui hoc iam se posse praesumpserat, aliud expertus est quam putabat. Et tamen postea & viri & mulieres, pueri & puella, iuvenes & virgines, senes cum iunioribus innumerabiles martyrio coronati: & posse inuentae sunt oves, quod tunc quando ista Dominus loquebatur, nondum poterant portare pastores. Nunquid ergo debuit illis ovis dici in illo tentationis articulo, quo certare vsq; ad mortem pro veritate oportebat & pro Christi nomine vel doctrina sanguinem fundere: nunquid inquam debuit eis dici, Quis vestrum audeat idonei Martyrio se putare, cui Petrus idoneus nondum fuerat, quando eum os ad os Dominus ipse instruebat? Sic itaq; dixerit aliquis, non debere dici populo Christiano audire cupientibus quae sunt de quibus Dominus tunc dicebat. Ad hoc habeo multa vobis dicere, sed non potestis portare modo. Si Apostoli nondum poterant, multo minus vos potestis: quia forte sic multi possunt audire, quae tunc nondum poterat Petrus. Sic multi possunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat Petrus. Non igitur recte concluditur ea quae nunc capiunt multi, et illos potuisse portare. Verum hac in re non haeremus. Nescire nos quaedam dicimus, quae praesens Dominus docuerit, quae Spiritui sancto referantur. Nam multa Apostoli cognouerunt, quae in Evangelio non scribuntur. Addit Bullingerus temerarium esse definire quae illa sint, idq; probat ex Augustino: id nos et dicimus, & operose ac verbosae calumniae negatione occurrimus. Nec Bullingerum tamen excusate possumus, qui contra sententiam, qua probat, quae sint illa temerarie pronuntiat. Dixit Dominus, inquit, plura se potuisse dicere, non de his capitibus, quae isti numerant, sed de peccato, iustitia, atq; iudicio: et differantione, quia nec breuitas temporis, nec auditorum perturbatio admittat, dilaturum in tempore aliud, atque commodius. Haec Dominus dixisse non docet scriptura, non dicit se de ceremonijs, missa, veneratione sanctorum, votis monachorum non dictum per Spiritum sanctum, nec de peccato plura dicturum. Cum ille tacuerit quis nostrum dicat, illa vel illa sunt, inquit Augustinus. Aut si dicere audeat, vnde probat? Quis enim est tam vanus aut temerarius, qui cum dixerit et vera, quibus voluerit, quae voluerit, sine villo testimonio diuino affirmet, ea esse quae tunc Dominus dicere noluit? At Bullingerus non modo definit, quae ea sint, quae tunc noluit, postea voluit, sed etiam quae ea, quae nec postea dicere noluit. De missa, ceterisque non est iam dicendi locus, consulantur, quae Matt. 26. dixi. Nos hoc ex loco solum colligimus: Ante mortem suam Apostolis non esse perfectam fidei, & mysteriorum cognitionem a Christo collatam, eam vero perfectam die pitecotes accepisse, cum minus Apostolicum sunt aggressi. Atq; haec est expositio Catholicorum: Augustini, Chrysostr. Theodor. Bedae, Ruperti, Theophyl. Euthym. Maldonati, aliorumque recentiorum.

§. 4. Haereticorum quorundam opinio est. Multa illa quae iam portare non poterant, non esse alia, quam docuit imo nec alia, quam quae ab Evangelistis scripta sunt; Spiritum sanctum eadem in memoriam reducere, & latius explicare. Ita Hunnius hunc in locum, & Lucas. 0. 8. Causa cur eo redigisse patiantur est, quod alioqui dicere cogentur non esse integram doctrinam ab Evangelistis conscriptam, ideoque opus esse traditionibus, & explicatione Conciliorum, ac Pontificum. Hos conuincit

Quae non dixerit, in certum.

ipse Apostolus Thess. 2. 25. Tenete traditiones. Illa tamen nunc omitto. Adhuc multa habeo vobis dicere, quae non potestis portare modo. Illa multa si ante docuit, si ex illis sunt, quae in concionibus Evangelicis habentur, portare poterunt, cum audirent, & sane nunc et poterant. Quid vero erat necessarium illa repetere, cum necita multa essent, nec probabile Apostolos obliuioni tradidisset? Non igitur illa sunt, quae audierant? Non enim omnem veritatem audierant, sed ea, quae pro captu, & statu eorum diuinitas reuelare decreuerat, cetera deinceps audierunt. Non autem omnia in Evangelio scripta esse, quae postea Apostoli docuerunt, & scripserunt clamant libri ipsi. Quod si obscurae Christi dicta, ut sine explanatione, quae postea Sp. S. adderet, percipi non possent, quid illis in mentem veniat, ut scripturam, & sine interprete omnibus notissimam esse sibi imaginentur? Cur vero Christum ita locutum tradunt obscure fuisse, ut eo tempore, quo loquebatur, intelligi non possent, sed postea demum? Neque vobis concedunt, ut explanatione aliqua sacrae scripturae a partibus quos Deus Ecclesiae Doctores dedit, petamus? An magisterium Spiritus sancti cum ipsis Apostolis sublatum est? Consentunt veritati manifestae contra suos collegas et ipsi haeretici. Bullingerus, quia alia quaedam docuisse fatetur, atq; adeo Caluinus, qui et addit: Sp. S. a Christo acceptum sapientiam per manus tradidisse. Nec mirum si dicamus aliorum Apostolos ignorasse, quod et Caluinus dicit, cum et Bucerus fateatur, sanctos ad quaedam, quae indubitata Dei sunt, super. Nunc multa Apostoli ignorabant, imo ne portare quidem poterant, postea immo perfectam scientiam acceperunt. Frustra itaque se hic ignorantiam iactat Rudolphus Gualteri, cum accusat nos, quasi ignorantiam Apostolos dicamus: & maligne omnino Bullingerus. Hoc tempore ignorantem & tyrones dicimus, postea perfectos Ecclesiae Doctores. Indignum est nos ab illis reprehendi, quod Apostolis ante Christi passionem ignorantiam tribuamus, cum ipsi Christum Dominum ignorantem fuisse existiment. Brentius hom. 19. in Lucam, ut corpore ita & animo creuisse fingit, Olander idiotam appellat. Gallafius ignorasse adeo, videret more hominum. Molinaus scientiam per gradus acquisuisse. Quae omnia Actiana sunt. Quod si igitur pro Apostolorum honore solliciti sunt, cur non magis pro gloria redemptoris. Cur non potius Iustinum audiunt. q. 18. ne oves sine pascua 5. 5. Hunnius in huius loci expositione negat opus fuisse supplemento patrum & traditionum. Nam omnia se tradidisse ante professus est. Nos quoque concedimus omnia accurate docuisse Christum, quae ante passionem docenda acceperat, non omnia absolute; nam multa Spiritui sancto referuntur, ipse Hunnius fatetur opus fuisse Spiritui sancto, qui dicta illustret, explicet, in memoriam reducat, obliuione, in omnem inducat veritatem, mentes eorum aperuisse, ut non modo ipsi portare, sed alij etiam possent annunciare, atq; hoc est, quod dicimus opus esse doctoribus, qui scripturae lectam explicent, illustrent, hoc in Ecclesia per ordinarios pastores Spiritum sanctum facere. Cur enim ipsi tantam pestilentiosum labore textum deprauant, si omnia aperta sunt? Hac de re consulat Apostolorum discipulum Dionysium Areopagitam Epist. 9. ad Titum. Multa autem illa scripta esse nemo haecenus ostendit. Et traditiones quidem aliquas antiquissimas esse admitendas ne Hunnius quidem negare in Colloquio, quo victus est, potuit. Deinde illustratio, atque explicatio qua Spiritus sanctus scripturam exponit, necessaria est traditione est: quae in Ecclesia non minus necessaria est, quam ipsa scriptura. Testem cito eum, qui scripturam, & traditionem de manibus Apostolorum accepit, Dionysium, l. de Ecclesiastica Hierarchia qual. ipsa scriptura traditiones ne scribi quidem testatur, cum iam nota sunt, p. 14.

ADAMI CONZEN
112
+ Evangelium
C. 11

Opus
Plicatione
Scripturae

Proce
quid

nos de

impofuit qui inenarrabilis benignitatis materiam in impieta-
tu argumentum accipiunt. Cum enim dicant propterea filium
incarnatum, quoniam inferior erat patre dicemus ad alios: Quid
de spiritu dicitis: Non accepit carnem, neq; propterea ipfum fi-
lio maiorem afferetis. Theophylactus quoque Spiritu-
tum sanctum nihil a se dixisse, sicut Christus nihil di-
xit a se, existimat. Chrylloftomus, *ἵνα εἰς τὸν ἐγὼ, πρὸς τὰ κρείων ἔρεται, ὁ δὲν ἐναντίον, ὁ δὲν ἰδιον αὐτοῦ τὸ ἐ-
μα.* Qua ego dixi. illa & ille dicit: nihil contrarium, nihil prop-
riū præter mea. Non quod nihil noui, sed nihil non a
Christo, hoc enim ipse explicat. *ὡς περὸν αὐτὸ ἐλάτῃ
λέγων, αὐτὸ ἐμαυτὸ ὁ ἑαυτὸ τῶν φωνῶν ὅτι ἔδεν ἐκτός τῶ
περὸς, ὁ δὲν ἰδιον παρ' ἐκείνου καὶ ἀλλότριον οὐτα καὶ αὐτὸ
τῶ πνεύματι.* Quemadmodum igitur de seipso loquens, a me-
ipso non loquor, hoc dicit: quod nihil sine patre, nihil proprium
præter illum, & alienum, sic & de spiritu sancto. Quemad-
modum igitur non omnia ante Pater dixerat, quæ i-
pse docuit, ita neque omnia ipse quæ Spiritus sanctus
postea suggestit licet non aliena.

§. 2. Calumnia vera est, cum nos sectarij accusant
quasi ex nobis ipsis aliqua doceamus. Ita Rudolphus
Gualteri, Bullingerus, Hunnius, alijq; Et Bullingerus
quidem omnia Catholicos a seipsis loqui, quæ in fa-
cris literis disertè expressa non sunt, quod idem etiam
Caluinus ogganit. Bullingerus quidem omnia do-
gmata in scripturis clarissime proposita imaginatur, i-
mo Apostolos perfidiam accusandos si non omnia scri-
psissent accurate, quæ in Ecclesia sunt credenda.

Respondeo. Hæc omnia ipsos loqui a seipsis & iac-
cere in nos calumnia πάλιν διορίζεται, quæ in ipsos reci-
dit. Nā nihil in Ecclesia docendū esse, quod non est in
scriptura, nulla docet scriptura. Omnia dideritissime ex-
pressa esse nusquā legimus. Ne alia quidem eorū do-
gmata, vt corpus Christi esse figurā corporis, credere
esse simulare fidem. Homicidas & adulteros retinere
Sp. S. & iustitiam, hæc aliena Christo, hæc nō a Spiritu
sancto, sed a seipsis, imo a patre diabolo loquuntur.

At Apostoli cur non omnia scripserunt? Cur Christus
nihil scripsit, nec viuis scribi curauit: Ad prædicandū,
non scribendū omnes missi sunt, cū visum est oppor-
tunum, scripserunt. Cur vero non nisi paucis, & vt vi-
sum est hæreticis, non nisi Græce scripserunt? An He-
bræis, Latinis, barbatis Euangelium inuiderunt? An
ideo illarū genuū Ecclesiæ non fuere veræ, qui verbo
tradito non scripto vrebantur? At explicata est illis
scriptura Græca, ita sanè traditione ergo Euangelium
didicerunt, vt illi qui legere nesciunt. Legunt Ger-
mani, & Poloni sonantes sua lingua scripturas, nec
tamen scriptū est, eas esse veras scripturas, sed credunt
tralatoribus. Cur non etiam & explicatoribus? Non
putarunt Apostoli omnibus linguis scribendum, sed
successoribus explicanda reliquerunt, & quæ scripse-
runt, & quæ prædicarunt.

QVÆSTIO IV.

Que futura annuntiabit?

§. 1. **C**onsolatio ad hoc pertinet, vt ostendat eos
fore magnæ auctoritatis, quæ possint cōuin-
cere Iudæos & gentes, atq; inter cœtera promittit do-
nū Prophetiæ. Summa aut erat inter Iudæos auctori-
tas prophetarij. Nam humanæ mentis curiositas præ-
sentium fastidiosa, futurorum auida, maximi eos æsti-
mat, quos futura præuidere cognoscit. Futura illa qui-
dam restringunt ad statū Ecclesiæ, & spiritalia, verum
ad omnia quæ cognouerunt per Spiritum prophetiæ
homines diuersi, tam Apostoli, quā alij. Lutherus ne-
gat iā opus esse miraculis, nec iā futura cognosci. Sed
refellitur Christi verbis. Ecclesiæ suæ promisit Spiritū
prophetiæ, τὸ ἐχόμενον futura annuntiabit Sp. S. & tē-
pore Apostolorū Agabus, & filix Philippi prophetiā
habuerunt, atq; adeo, vsq; ad nostra tempora non de-
fuerunt, qui longe distita, & futura prædixerint. Pro-
phetiæ igitur donū inter cæteras notas veræ Ecclesiæ
Adami Conzen in Euang. Tom. II.

signū est, vt illa sit Ecclesia in qua Prophete sunt, & ea
nō sit in qua nulla est futurorū presentio. Ita Io. Apoc.
19. Testimonium Iesū est Spiritus prophetiæ. Et Ephes. 4. ad
extremum vsq; diem vt alia dona, ita etiam Spiritus
prophetiæ in Ecclesia continuatur. Inter cœteros vi-
de de his Bozium l. 6. c. 11. de signis Ecclesiæ.

VERSUS 14.

Ille me clarificabit: quia de meo acci-
piet, & annuntiabit vobis.

QVÆSTIO I.

Quid sit quod ait Dominus, de meo accipiet?

§. 1. **N**E maiorem forte Spiritum sanctum filio esse
existimarent, fore ait, vt ipse Spiritū clarificet
& illustret, δόξα αὐτοῦ glorificabit, docebit enim eius di-
uinitatem maximisq; miraculis cōfirmabit. Ipse quasi
legatus Christi omnia præstabit, caritatem diffundet
in corda fidelū. Expositio est triplex. De meo accipiet,
hoc est ex scripturis accipiet. Deinde de meo, hoc est
de mea doctrina accipiet. Tertio de meo accipiet, quia
a me procedit. ita vt procedendo essentiam, ita etiam
docendi munus aliaq; accipiet. Prima expositio est a-
liena; non enim sola scriptura vltus est, sed multa non
scripta reuelauit, nondū nouum fœdus erat scriptum:
sed ipse reuelauit, quæ scribenda, & quæ non scriben-
da fuerunt. Deinde scriptura tam Spiritus sancti quā
Christi erat. Illo .n. inspirati locuti sunt prophete quæ
inspiratio Spiritui sancto appropriatur. De scripturis
tamen accepit, dum eas interpretatus est Apostolis, &
memoriam bibliorum illis momento contulit.

De meo
quid?

De scri-
pturis ac-
cepit.

§. 2. Altera interpretatio duplici modo intelligi po-
test. Primo vt nihil docturus dicatur, nisi quod Chri-
stus docuit, eiusq; doctrinā in memoriā reuocaturus.
Hunc sensum nonnulli hæretici frustra contra tradi-
tiones vrgent, & supra refutaui. Alius sensus verus est:
nempe de mea doctrina factisq; accipiet & docebit,
quæ ego docturus eram, si iā idonei essetis auditores.
Chrylloftomus monet, non ideo accipere, quod indi-
geat aliena institutione, *ἐξ ἑνὸς ἐμοῦ διδάσκων ἐκ
τῶ ἀποστόλου, αὐτὸς ἐρεῖ.* Ex quibus ego docturus eram, ex istem
& ille loquetur. Addit ille Spiritum plura locuturū, quā
locutus sit filius, ideo filium clarificare. Non ergo a
Christo abducat, sed Christum commendabit, idque
de meritis Christi; nam omnis etiam gratia, quam no-
bis donat, de merito redemptoris donabit.

§. 3. Tertiam interpretationē magno consensu ha-
bent patres interpretes, atq; adeo etiam multi hære-
tici. De meo accipiet, quia a me procedit. Quia eadē
mea, & illius scientia, sicut essentia. *ἐκ ἐμοῦ ἡ σοφία καὶ
ἀλήθεια γινώσκουσιν* inquit Chrylloftomus, *Ex eodem thesau-
ro, & diuitijs scientiæ.* Et Nazianzenus. Ex eo vtiq; quod
est filius, quia & filius ex eo, quod est pater. Orat. 5.
cedendo. Et Theophylactus: *Glorificabit me, nam in nomine meo om-
nia loquetur, & faciet, & nihil contrarium dicit: vt ego pro-
pter facta per ipsum miracula Deus credat, vobis meis discipu-
lis diuite gratiā infusa & per meam mortem nomen meū ma-
gis effulgeat.* Postea cum audierunt Dominum dicentem: quod
vnius nobis dux Christus est. Vt ne existimarent: quod postquā
vnius magister es ipse, quomodo nobis dicit & alium fore magi-
strum Spiritum? subfert: *Ex meo accipiet; hoc est. Ex meo the-
sauro, qui est patris. Postquam enim omnia, qua habet pater,
mea sunt, & mea diuinitate, & Paraclerus ex illis qua patris sunt,
loquetur, merito dico, Ex meo accipiet: hoc est, thesauro, & di-
uitijs, & cognitione.* Quare hinc deitatem Spiritus probat:
Nulla enim creatura eo modo accipere potest de
illis quæ sunt Dei. Eadem est sententia Ignatij ad E-
phesios, Martialis ad Burdegal. c. 10. Cyrilli Ierosoly-
mit. catech. 17. Epiphaniij. Sed eam præcipue in dispu-
tationibus cōtra Arianos Athanasius illustrauit. Ma-
xime ad consolationem pertinebat, vt intelligerent,
T. 3. Spiritum

Ex Christi
accipit pro
cedendo.

Heretico-
rum dogma-
ta nō sunt
in scrip-
tura.

apostoli ad
prædican-
dum non
scribendū
missi.

Summa
auctoritas
Propheta-
rum.

Opus etiā
nunc mi-
racula.

Spiritum eiusdem secum esse naturæ, atque essentia, atque adeo se quoque semper cum illis fore. Athanasius contra Vrubicum. Si pater non est, sed ab eo procedit, si filius dicit: de meo accipiet, nec tamen factus est, quid tibi esse videtur? Et oratione secunda contra Arianos. Dominum qui Sp. S. accepit, vt hominum, etiam misisse, & dedisset, καὶ μὴν αὐτὸς ὁμοῦ ἐστίν. καὶ πνεῦμα ἐκ τῆς ἐμοῦ φύσεως, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὄντος ἐστίν. καὶ λαμβάνετε πνεῦμα ἄγιον τοῦ πατρὸς. καὶ ὁμοῦ αὐτοῦ πατρὸς ὡς λόγος καὶ ἀπαύρασμα τῶν πατέρων, λέγει τὸ νῦν ἀγαλλῆσθε. ἐπειδὴ πάλιν γέγραπεν ἂν θροῶν καὶ τὸ ἀγαλλῆσθε ὁμοῦ αὐτῶν ἐστίν. **Quin** & ipse Dominus loquitur discipulis, Spiritus de meo accipiet. & Ego illum mitto. & Accipite Sp. S. Attamen is qui alijs donat, vixit verbū & splendor Patris, nunc dicitur sanctificari postquam homo factus est: & ipse est corpus quod sanctificatur. Et de communi essentia patris filij & Sp. S. probat, ὅτι ἡ τριάς ὅφ' ἐαυτῶν θεοὶ ἐστίν. **Quod** Trinitas à seipsa glorificatur. Et eodem lib. o communem doctrinam contra Arianos asserit, qui inter illa verba ἐξ ἑ, & δι ἑ hanc distinctionem faciebant. attribuentes illud ἐξ ἑ, Ex quo, patri, at vero δι ἑ, per quem, filio. Inuenimus enim, inquit, in scripturis & de patre dici δι ἑ, & de filio, ἐξ ἑ, & de Sp. S. similiter. De filio hunc locum citat. **Quin** etiam illi qui de donis interpretantur, hanc tamen ἀμοιβῶσι τῆτι i dentitatem naturæ hinc probare concedunt.

§. 4. Hinc facile refellitur, quod Theodorus Vitus obiicit. Sp. S. nihil à seipso dicere, à Christo accipere, non igitur Papam posse à seipso legem ferre, aut dogmata proponere. Nam ridicula consequentia est, quæ à personarum in eadem essentia coniunctione sumitur, ad leges Ecclesiasticas ferendas. Cur enim Papa nō possit, aut de moribus aliquid cōstituere, aut traditionem explicare, aut errores damnare, aut traditiones à maioribus datas tueri, idcirco, quod à patre filioq; procedat Sp. S. Ita vero locum eum etiam hæretici interpretantur. Bullingerus, de meo accipiet. Hoc est, mea est natura. Rudolphus Gualteri, hic ait indicari Trinitatis mysteriū Strigelius; De meo, accipiet aliquid essentialia. Et Hunnius hūc in locū. [Octauus (locus est) de summo & ineffabili plane mysterio admirandæ illius κοινωσίας, quæ in Trinitate habent, Pater, Filius, & Sp. S. Eam paucis verbis expressit Christus, inquit, Omnia quæ habet pater mea sunt. Cū igitur omnia sint patris, & Christus probe, ideo Sp. S. de suo accipere, quia omnia patris sua sunt, clarum est. Eius hanc esse argumentationem. Sp. S. accipit de eo quod est patris, omnia patris sunt filij, ergo accipit de eo quod est filij. Quod de essentia veteres & recentiores interpretantur.] Verba Hunnij sunt. [Quicquid igitur pater esse, & habere dicitur, excepta personæ suæ singularitate, id totū filij quoq; est, cum quo æternā suam diuinitatē, essentiam, maiestatem, gloriam, & vitæ suæ plenitudinem, in vnitatē essentia sine vlla diuisione, & distractione communem habet pater: Ita pater & filius communem quoq; habent Spiritum, qui ipse quoq; in vnitatē essentia, cum patre filioq; viuunt, regnatq; Deus benedictus in sæcula.] Hæc non ideo dico, quod si concedamus de donis sermonem esse, sequatur quod infert hæreticus. Nam quicquid Pontifex ex auctoritate docet Ecclesiam, à Christo accepit, non de suo commentus est.

§. 5. Quæ et Caluinus passim contra Sp. S. blasphematur, ex hisce confutantur, vt cū patri primū, filio secundū, tertiiū honoris gradū Sp. S. tenere docet, vt in c. 6. Io. in 26. Matt. & in confess. 6. Beza in Geneuenfibus. Essentia diuinam realiter, & ab æterno distinctam dicit, in personis. & Caluin. l. 1. c. 8. §. 19. 23. Sp. S. non habere essentiam seu deitatem à patre & filio per æternam productionem, aut communicationem, sed à semetipso. Eodem modo contra Valentinū gentilem disputat. Hinc Trinitarij in Illyrico & Dacia tres se Deos habere ex doctrina Caluini profitentur. Contra hæc Athanasius multis locis, & l. de susceptione humanæ naturæ. Si n. non habet à pa-

Trinitatis processio non impedit leges Ecclesiasticas.

Caluini error in Trinitate.

tre & filio eandē essentia, aut plures Dei sunt, aut creatura est Sp. S. vt Basiliius Ancyranus, Georgius Laodiceus, Sylanus, cæteriq; semiariani docuerunt. Vide & Theodoretū l. 2. fabul. hæreticarū. Basiliiū contra Eumeniū. Ambrosiū Hilariū, cæteros. Verū ille essentia habere vnāquamq; personam à seipsa comminiscitur, & Patres Nicenos durius locutos, & stolidā teuulisse Battologiam. In actis seructi. p. 44. At si tres essentia sunt, necesse est, tres esse Deos. Tres personas appellat aliquando in vna essentia residētias. Et Beza sane à Christo non accipit, quod in confess. c. 2. habet. Scriptura sacra perspicue nos docet, hanc diuinam essentiam, in tres personas vere realiterq; distinctam nempe patrem, filium, & Sp. S. At nusquam hoc scriptura dicit, nusquam iubet illud eradi, Deum de Deo. Hinc Statorio & Blandrata tres Dei esse vifi sunt.

VERSUS 15.
Omnia quacunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi, quia. &c.

QUESTIO I.
Quomodo omnia qua habet pater, sua dicit?

§. 1. **C**um se omnia à patre accepisse sepius sit testatus, nunc obiectioni, que discipuloū animos pulsa e poterat, occurrit, cur non dicat et Sp. S. accipere à patre? Responso est. Omnia quæ habet pater mea sunt, itaq; qui quod à patre accipit, etiā à me accipit. Caluinus de donis ita interpretatur, vt de naturæ communionē neget. Alij exponunt, inquit, cōmune esse filio, quicquid habet pater, quatenus idē est Deus. Sed hic non tū de arcana & intrinseca, vt sic loquar, potentia differit, quā de iniūctio sibi erga nos officio. Deniq; suas diuinitas predicat, vt nos ad fruendū inuuet: atq; inter dona, quæ per eius manū à patre accipimus Spiritum recēset. Caluinū refutat patrū exposicio imo & Zwingliani, vt Bullingerus: Omnia esse substantia paternæ, & esse Chara & etē docet. Accurate Cyrillus l. 1. c. 2. & Hilar. l. 3. de Trin. docet non esse Deū solitariū, & opes has ad essentia pertinere, A filio, inquit, igitur accipit, qui & ab eo mittitur, & à patre procedit: & interrogo vtrū id ipsum sit à filio accipere, quod à patre procedere? Quod si nihil id ferre creditur, accipere à filio & à patre procedere certe id ipsum atq; vnū existimabitur, accipere à filio, quod sit accipere à patre. Ipse n. Dominus ait: Quoniam de meo accipiet & annuntiabit vobis. Omnia qua habet pater mea sunt, propterea dixi, de meo accipiet & annuntiabit vobis. Hoc quod accipit siue potestas, siue virtus, siue Doctrina, filius à se accipendū esse dixit: & rursum hoc ipsum significat accipiendū esse à patre. Cū n. ait: Omnia quacunque, habet pater, sua esse, & idcirco dixisse se, de suo accipiendū esse, docet et à patre accipiendū, à se tamen accipi: quia omnia qua patris sunt, sua sunt. Nō habet hæc vnitatis diuersitatem: nec differit à quo acceptum sit quod datum à patre datum referatur à filio. Nunquid & hic voluntatis vnitatis afferetur: Omnia qua habet Pater filij sunt: & omnia quæ filij sunt, patris sunt. Ipse n. ait: Et mea omnia tua sunt, & tua mea. Nondum loci est vt demonstrarem cur ita dixerit, Quoniam de meo accipiet: futuri n. temporis significatio est vbi accepturus ostenditur: nunc cerē ideo à se accepturum ait, quia omnia patris sua essent. Dissēca natura huius, si potes, vnitatem: & aliquā dissimilitudinis inter necessitatem, per quam filius non sit in vnitatē natura. A patre enim procedit Spiritus veritatis: sed à filio mittitur, & à patre. Omnia qua patris sunt filij sunt: & idcirco quicquid accipiet à filio accipiet ille mittendus, quia filij sunt vniuersa qua patris sunt. Natura itaque in omnibus tenet suā legem, & quod vnum ambo sunt, eiusdem in viros, per generationem naturitatemq; diuinitatis significatio est: cum id quod accipiet à patre Spiritus veritatis, id filius dandum à se fateatur. Non permittenda igitur ad impia intelligentia libertatem hæretica peruersitas est vt dicitur hoc Domini quod omnia patris sunt, sua sunt, idcirco à se accipiet Spiritus veritatis non ad vnitatem confiteatur referendum esse natura. Athanasius clarissime in ipso Cōcilio Niceno disputans cōtra Arium

ADAMI CONZEN
+ EUANGELIUM

prædicat, & lætitiæ vicissitudinem, maximam consolationem adfert. Exiguam vero tempus trilitiæ definit, lætitiæ maximum, quod etiam parvioris exemplo declarat, cuius est acutissimus, sed brevis dolor, & gaudio de nato filio compenatur. Quæ promissio maxime dolorem lenit. Mundi ex parvo & fluxu gaudio æternos dolores tacet: non enim ad eorum consolationem hoc necessarium erat. Pulchre exprimit Nonnus.

Κλαύσετε καὶ θρήνητε ἐπιήστε, λίσσασθε ἢ
Κόσμε· ἢ Φύξι· ὅτι οἱ σὶ χαρήσεται, ἀπὸ αὐτοῦ αὐτίς
Πένθημι· ὑμῶν ἕως μετὰ τὸν αἰῶνα οἱ πόδες αὐτοῦ,
ὅτι ἡ γυνὴ βαρυφάρμακός ἐστι· ἀπὸ τοῦ ἑλίου ἀπὸ
ὄξυπνοῦ βελέεσσι, ἡ μάστιγι τοῦ αἵματος,
ὡρῆν δὲ τοῦ μέλι βαρῶν δινόν, ἢ δὲ λοχίσσῃ,
δρυμὸν πεπαινομένην ὑποπέσει· ἢ ἀπὸ αὐτοῦ
καὶ πρὸς ἑρῆς αὐτοῦ οὐ μὴ ὠσεται, ὅτι καὶ ἀπὸ
Αὐτῆ φωνῆς βλάσσει ἀπὸ πάλιν ἀνάξει καὶ ἄνω.
Αγχιλόος μίμημα λεχούσῃ, ἀπὸ καὶ ὑμῶν
περὶ αὐτὴν ἀγχιπνοῖσιν ἀμύξῃ ἐξ ἑλίου ἀπὸ αὐτοῦ.
Ἄπῃ αὖτὸ ἀθρήσω ὑμῶν, ὑμῶν ἕως
ἡθῆς καὶ δὴ πλιν ἀρετῆς, ἢ Φύξι· ὅτι
χαρῶν πρὸς ὑμῶν ἀμείλιχῶς οὐκ ἔστι ἀμείλιχῶς
εἰς χροῖον οὐ λήθοντες.

Plorabitis & threnos occinetis, rabiosè vero
Mundus in rebus non sanctis gaudebit, sed & iterum
Eugubris vestra doloris stimulus abibit,
Vt mulier grauida dolorem circum animum voluit,
Acutis telis partus vexata,
Horam enim tremis dolorum partus, postquam vero
peperit,
Acerbum concocti doloris onus excutit,
Et prioris doloris non meminit, quod & alius
Apparens floruit vir mundo qui iterum angetur.
Vicini partus instat, nunc & vos
Primum vigilacibus animum doloribus pungetis,
Sed congregabo vos, vestrum autem
Cor gaudebit, iterum collectum, sublime vero
Gaudium à vobis immutabile nemo auferet.

VERSUS 23.

Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen, amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

QVÆSTIO I.

Quo die non rogabunt quicquam?

§. 1. Verbum Græcum est ἐρωτήσῃτε, quod proprie est, interrogare, explicetur, quod necessitas. Sic ἐρωτήματα & ἐρωτήσεις significant quæstionem, aliquando tamen est idem quod precor, peto. Quidam illum diem interpretantur diem iudicii: & vitæ æternæ, quo piti omnes Deum videndo, ita omnia ad se pertinentia cognoscent, vt nihil interrogaturi sint: nec pro se nec aliis rogaturi. Verum de hoc præsentem tempore accipere malo, quo illuminati, Spiritu Sancto, non interrogabant, quid dicendum esset, sed omnia à spiritu discabantur. Non quod os Domini non consulerent Apostoli & successores, sed quod in quæstionibus talibus, quales nunc vt difficiles proponuntur, hæfuri non sunt. Nunc enim tirones sunt, postea perfecti euadent, & tales quales Ierem. c. 31. 34. describit. Theophylactus, non rogabitis ποῖς πιν οἶον καὶ μέλι, πῶς ὑπάγοις; Tale quale prius; quo vadis? Et Chrylostomus. ἢ ἢ ἐστὶν ἐμὲ ὅση ἐρωτήσῃτε; ὅσα δὲ ἴσασθε μετὰ τῆς ἀπὸ τοῦ οὐνοῦ μόνον εἰπόντες, πένθη λαβῆν, δείκνυσσι ἢ ὀνομαζομένην δυνάμιν, ἢ ἢ ἐμὲ ὅση ἐρωτήσῃτε;

Non rogabunt que ante.

μηδὲ ποῖς καλὸν ἐμὲ, ἀλλὰ ὀνομαζομένην μόνον, καὶ ὅσα τῶν πνεύματι ποιῶν ἡμῶν. Quid vero est, non rogabitur: neque egebit mediatoris, sed sufficit nomen solum proferentes omnia accipere; ostendit vim nominis, quod neque visus, neque inuocatus sed nominatus solum, a patre facit mirabilia.

Quod vero Caluinius nugatur, Apostolos magis truncis similes fuisse, quam hominibus, consuetum est illi conuictio sanctos incescere: Christus infirmos non truncos æstimat. Trunci he rudes quidem quæstiones proponunt.

QVÆSTIO II.

An omnia que in Christi nomine petunt, sint impetraturi?

§. 1. Alio loco, quo modo restringendum sit, quod Christus petere, explicandum est. Theophylactus, solo nomine Christi, seu nominatione dicit omnia posse impetrari.

Hic ergo vnus est modus. Alter, vt Deum rogemus per Christum redemptorem, quo Ecclesia perpetuo vtitur, & omnes orationes ea inuocatione concludit. Sic Athanasius de vita Antonii. Saluatoris enim promissio est ita dicentis: Si habueritis fidem vt granum sinapis, dicitis huic monti, Transfer te & transferetur, & nihil impossibile erit vobis. Et iterum: Amen Amen dico vobis, omne quod petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: Petite & accipietis. Ipse enim suis discipulis, & vniuerso credentium cœtui nunc subiectionem demonum, nunc variarum infirmitatum pollicens curationem, aiebat: Gratias accepistis, gratias date. Nunquid sua virtutis imperio curabat Antonius? Nunquid sua possibilitatis arbitrabatur esse quod fecerat: orationibus non præceptis damnaque moribus efferunt, & ad Christi Dei nostri nominationem semper vniuersa perfecta sunt. Nemo sapientum sanctorum admirationem adscribat Antonio, sed Domino Iesu, qui solitam erga creaturas suas ostendens beneuolentiam, nunc quoque per electi famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantum orabat, & ob vita eius merita, cuncta Dominus largiebatur.

§. 2. Nomen hoc diuinum esse, & indicare filium esse eiusdem cum patre substantiæ, & Spiritum S. pariter, & tamen diuersas personas demonstrat Athanasius l. 2. de propriis personis. Sed & si Spiritus S. in suo nomine tantum venisset, & non in substantia communi, iam proprium nomen eius in persona esse videretur, non secundum communem naturam, vt tantum vnusquisque, nomina singula in personis suis ostenderet, Deitatis autem vnium nomen non indicaret. Porro in hoc nomine Deitatis venit filius, in quo est natura cum patre. Et in cuius natura nomine venit Spiritus paraclitus, qua in hac ipsa sacrosancta trinitate vniter consistit, sicut superius prædixi, patre de filio suo indicante: Nomen meum est in illo: Et filio hac dicta confirmante: Ego veni in nomine patris mei & non recepistis me. Cum autem alius venerit in nomine suo, illum recipietis. Sed & de Spiritu Sancto ipso rursum repente: quem mittit Pater meus in nomine meo. Et deinceps eum de nomine suo audi discipulos adhortantem: Omnia quæcunq; petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis. Sed Apostolum Paulum eadem restantem: Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & Spiritu Dei nostri. Audi & Esaiam de vnico nomine gloria. S. Spiritus declarantem: Descendit Spiritus à Deo, & c. duxit eos: Sic eduxisti populum tuum facere tibi nomen gloria. Discite iam vnium nomen esse in natura diuina trinitatis.

§. 3. Sectarii omnes pene, vt Lutherus, Caluinus, Theodorus Vitus, Hunnius, petulantissime Bullingerus, ex hoc loco, inuocationem sanctorum damnant Idololatriæ. Hunnius qui recens scriptis, cum non ignorat, quid Catholici respondere soleant, me dacio grauarè nos maluit, quam tritum cauillum floridè omittere. [Damnanda quoque; Pondificiorum idolomania mul-

Nomen Christi de unum.

Oratio ad vnium mediatorum conuictio.

nia multiplex, qui hunc summum cultum inuocatio-
nis ad sanctos defunctos, atq; Angelos transtulit. rūt.]
Sed argumenti vim inspiciamus [Orandus est Deus in
Christi nomine, ergo inuocare Angelos est crimē ido-
latriæ: & multo magis defunctos.] Cōsequentiā
alio modo probare non possumus, nisi dicat eodem in-
uocationis genere, nos inuocare Deum, & sanctos,
quod nobis securus veri, & fama: Hunnius impingit.

*Sancti no-
tribus
honorem
diuinum*

Nos enim omnibus libris & concionib. protestamur,
alio genere, nos Deum, alios sanctos inuocare. Deum
vt creatorē & Dominum rogamus, vt sua nos bene-
uolentia, & potentia protegat: Sanctos rogamus vt
nobis ad sint, pro nobis, & nobiscum Deum orando.
Atq; adeo profitemur & verbis cōceptis cōtestamur.
Sanctos Dei amicos, Dei famulos, Dei creaturas, nihil
de nobis scire, nihil posse, nisi quod benignissima mi-
sericordia Deus illis dederit: nihil nisi precario nobis
conferre posse. at qui misero precibus auxilium à Deo
impetrat, non est ille Deus: Sed minister eius quem
adorat. Hæc cum omnes Catholici, & pueri clamitēt,
effrons est calumnia, cum dicimur summum cultum
ad Angelos & sanctos defunctos transferre. Blasphemus
est, quisquis inuocationem sanctorum ad Deum
transfert, Deum enim fingeret alteri Deo supplicem.
Sanctos viuos eodem modo inuocamus, nec Deos tam-
men dicimus.

§. 4. Hæc cum ita sint, alii mitius in speciem nos
accusant: [Et Christum mediatorē nos fugere cla-
mant, cum alios patronos, aduocatos, intercessores
adsciscimus: & suo nos officio Christum spoliare
contendunt.]

*Christus
solum me-
diator.*

Graue etiā hoc crimē est, quam autem graue est,
tam ab illo longe nos absumus. Non cognoscunt illi
mediatoris officium, nec dignitatem; nam aliorum in-
tercessione derogari Domino suspicantur: quod om-
nino falsum est. Christus mediator est, infinito me-
rito, quo nobis omnia dona quæ à Deo accipimus, ex
vera iustitia promeruit. Infinita etiā satisfactione, qua
nos à delictis redemit. Efficacissima interpellatione a-
pud patrem, qua ex iustitia semper exauditur. Hoc
meritum, hanc satisfactionem, & intercessionē, si quis
in alios transfert, Christum negauit, & est infideli de-
terior. At vero si quis alios amicos, siue viuos, siue de-
functos roget, vt se cum orent in nomine mediatoris,
simulq; cum fiducia meritorum Christi ad thronum
gratiæ accedant, Christum honorāt non contemnūt.
Si enim orationis alienæ pro nobis postulatio, est ido-
lomania, non potest Paulus excusari, qui Ecclesiarum
preces exposcit. Imo si quis pro potestatibus, regibus,
ducibus, fratribus orat, Christi officium inuadit, cum
vnicus sit ille mediator: si aduersariis credimus. Si igitur
nos cum pro aliis rogamus patrem in nomine filii,
non substituimus nos in solium filii Dei, nec patri nos
nouos mediatores obtrudimus, sed ante pedes filii
supplices iacemus, pacemq; fratribus per eius merita
exposcimus: cur id non possint Angeli sine idolomania.
Moses prostratus humi iacet ante arcam, & orat
pro gente exasperatrice, cur Angelus qui eos precede-
bat orare non possit. Si autem honesta est oratio alte-
rius pro alio, siue hominis pro homine, siue Angeli
pro homine, cur eam petere honestum non est? Cur
non liceat rogare alium vt faciat, quod eum facere cri-
am Scriptura iubet? Parui autem refert, in hac vita,
an in altera degat, qui rogatur: quantum quidem ad
hoc vt intelligamus, non ob stare officio mediatoris
preces aliorum pro aliis, sed multitudine comprehan-
tium agnoscere vnicum mediatorē. Nec nostrum est,
aut recens inuentum petere sanctorum cum Christo
regnantium intercessiones, quarum nulla nisi in no-
mine Iesu Christi fieri potest: Sed Ecclesiæ est vltus an-
tiquissimus, quo Vigilantius, Copronymus, Waldē-

ses, Wicleffus, aliq; damnati sunt. Cyprianus Epist. 2.
Orantes Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, vt in-
tercedentibus Sanctū eius Apostolis, maculæ purget peccatorū
vestrorum. Et Hieron. contra Vigilantium c. 3. Dicis in li-
bello tuo, quod, dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus;
postquam autē mortui fuerimus, nullus sit pro alio exaudienda
oratio; præsertim cum Martyres vltionem sui sanguinis obse-
crantes, impetrare non quierint. Si Apostoli & Martyres ad-
huc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris, quando pro se
adhuc debent esse solliciti: quanto magis post coronas, victorias,
& triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis millibus arma-
torum impetrat à Deo veniam: Et Stephanus imitator Domi-
ni sui, & primus Martyr in Christo, pro persecutoribus veniam
deprecatur: & postquam cum Christo esse coeperint, minus va-
lebunt? Paulus Apostolus ducentos septuaginta sex sibi dicit in
nauis animas condonatas, & postquam resolutus esse coeperit
cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro ijs, qui in toto orbe
ad suum Euangelium crediderunt mutire non poterit.

Id quod de mortuis dicit, habet ex Dionysio de Ec-
clesiastica c. 3. vbi ostendit etiā in sacrificiis sanctorū
fieri mentionem, non quasi mortuorum, sed vere vi-
uentium. Idque ostendunt Liturgiæ vetustissimæ D.
Petri, D. Iacobi, Ethiopica, quam Matthæo tribuunt,
& Mediolanensis. Ita & Augustinus in Pf. 88. Hil. in
Psal. 124. Amb. l. de viduis, Damascus de S. Agnete Nyf-
senus de S. Theodoro. Chrys. hom. 26. in 2. Corin. Cy-
rillus die Ioan. Baptist. in Ephesino. Vbi in tanta Sy-
nodo ~~quædam~~ his verbis inuocat. *Quis obsecro is est,
qui in terrarum orbem ingressus est? quo quaso modo in illum
inductus est? Mystrium hoc aperit d. Euangelista: effare nobis d.
beate Ioannes, magnum quippiam & eximium: Tu qui toni-
trui filius appellatus es, tu qui orbem totum singulari tua do-
ctrina in admirationem rapuisti, tu qui voces habes immorta-
les, cuius d. Apostole obliuio & tempus cedunt verba. Ecce tantus
hic pastorum cœtus ad te venit, remoue nobis lapidem, sicut
beatus Iacob pastoribus Haran: resera nobis puteum vitæ; da,
vt nunc quoque de fontibus hauriamus, immo vero tuum nobis
fontem appone.*

Quanta ergo impudentia est, totam antiquitatem,
viros sanctos, & martyres accusare idolomanias?
Quamuis cum solos Pontificios accusat, eorum pro-
bat antiquitatem; necesse est enim veteres illos om-
nes esse hac in re Pontificios, Lutheranum ne v-
num quidem fuisse, multo minus Calvinianum.

QVÆSTIO III.

An Christus adorandus sit?

§. 1. **C**hristum cultu latriæ, vt verum Deum ado-
rare conuenit. Cum enim Pater adoratur, et-
iam reliquæ personæ includuntur eadem oratione, cū
vnius sint essentia. Cum vero diuinitas Christi sic ad-
oratur, etiam respectiue, & improprie, eius humanitas
adoratur, à quam coniuncta diuinitati, quemadmo-
dum cum homo adoratur, etiam vestis adoratur, im-
proprie tamen, & quasi per accidens. Potest tamen et
Christi humanitas sola seorsum spectata adorari, verū
cultu inferiore, qui creaturæ, non Deo conueniat.
Quare impie dicit Lambertus Danæus: [Eum Deo
re esse maledictum, qui ad ipsam carnem Christi, et vt
filio Dei hypostatice cōiuncta est, inuocationē dirigit.]
Ita ille Exam. l. Kemnitii. Et Petrus Richerus ad-
uersus Iacobū Andream. [Eum qui dixerit Iesum Chri-
stum necessario orandū, & inuocandū, hereticū esse.
Et per Christum quidē orandū esse patrem, sed filium
nūquā inuocandū, ne humanitati eius honor haberet.]

*Christi
humani-
tas adorā-
tur.*

Non igitur miram est, ab illis sanctorum orationes
reici, qui nefas putant ipsum Christum adorare: quos
iam olim damnauit in cruce pendens Iatro, Luc. 23. & est.
Ioan. 4. 10. Christus ipse, ille Samaritanam ad oratio-
nem hortatur, ille ad se venire iubet, vt reficiat, à mul-
tis adoratus, diuinitatis eius non satis gnaris, vt testan-
tur idem Calviniani.

*Christus
adoratus
est.*

§. 2. Gal-

*Orandum
multitudo
ad vnicū
mediatorē
conuertit-
ur.*

relatione & personalitate, non aliud realitate, & substantia, non est res creata. itaque recte dicit Eusebius l. 2. hist. cap. 3. *ἔστιν αὐτὸ τὸ θεῶν πνεῦμα φῶς, τὸ ἐστὶν πνεῦμα τοῦ θεοῦ οὐκ ἄλλο τὸ ἐστὶν αὐτοῦ.* Ex ipso Deo ante Luciferum, hoc est, ante mundi constitutionem essentiatum, & αὐτὸν dicit, quod substantiam à patre accepit. Patris igitur maiestatem minuunt, qui filii negant natiuitatem æternam Hil. l. 2. de Trinit. *Quod Pater est, patri adimunt, dum volunt filio auferre, quod filius est, adimunt autem, cum non de natura sit filius. Non ex natura est, quando non eandem in se habent, ortus & generans. Neque enim filius est, cui alia ac dissimilis erit à patre substantia. Pater autem quomodo erit, si non quod substantia atque natura est, genuerit in filio?*

VERSUS 29. & 30.

Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget, in hoc credimus quia à Deo existi.

QVÆSTIO I.

Verene Apostoli cognouerint, quæ Christus dixit?

§. 1. **C**aluinus suo more grauitur discipulos accusat. [Exultare eos ante tempus, perinde ac si quis vno nummo aureo diuitem se putaret, perinde gloriari ac si nihil deesset. Atqui ab ea notitia longe adhuc aberant, quandiu non tenebant, qualis sibi futurus in post-erum esset Christus nimum sibi placuisse, iactasse se quasi fide referretos.] Hæc ille: at nihil horum Scriptura meminit, non exultationem, non inane gloriationem. Tantum ex eo, quod occultam voluntatem cognoscere videbant, colligebant tanquam ex miraculo, verum esse quod à Deo se exiuisse diceret. Sincera est autem fidei confessio, qua filium Dei agnoscunt, non gloriatio vana, ita non modo veteres fidem confessionemque laudant, sed etiam Caluiniiani interpretes. Musculus eos laudat, recte dicere, & credere, nec Dominum repugnare illis scietur. Quod idem etiam Bullingerus asserit.

Apostoli fidem sincere profitentur.

VERSUS 31. & 32.

Respondit eis Iesus: Modo creditis? Ecce, venit hora, & iam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est.

§. 1. **V**arie legitur Latine nam *ἡμεῖς* esse potest & presens, creditis, & imperatiuum, Credite. Syris est *ܐܘܪܝܢܐ* credite. Creditis alii legunt cum interrogatione, alii absolute asserendo. Fidem laudat, sed infirmitatem prædicat, qua cedent mox persecutioni, itaque cum vtraque lectio id indicet, perinde est, quam sequamur: correctæ tamen interrogationem, & melior, magisque emphatica.

Cum dicit dispergendos in proptia, non intelligit, domos suas statim abituros, vt parum considerati sint, qui inde probare nituntur Apostolos se reb.

suis non abdicasse, alioqui domos proprias non habuissent. Nam *τὰ ἴδια* non significant domum cuiusquam, sed locum, quo se priuatim ex fuga quisque recepit. Id ita esse historia docet; nam Iei. ierolymis manserunt, vbi domos non habebant.

§. 2. Fere, extinctam fidem Caluinus affirmat, mansisse tamen aliquid vnde iterum pullularet. Hoc posteriores pluribus exponunt. Mansisse fidei habitum, mansisse iustitiam, etiam in Petro cum negatione & periurio. Quod quam sit absurdum, de iustitia habitu alio loco dictum est. Quin & illud falsum quod Caluinus de suo addit. si euentu dubio certemus, studium concideret. Nam dum spe incerta in agone decertant, spe eriguntur ad laborem, atque hoc ipsum industriam acuit, si desperent, pusillanimes, si certi sint, lenti & securi certabant, victoriæ non spe, sed *ἡ ἀποφασίς*, summa certitudine. Petis inquit ille tanquam Cæsaris candidatus. Pari ergo modo securitas & desperatio reddit incertes.

VERSUS 33.

Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

QVÆSTIO I.

Quam habere illos pacem iubet?

§. 1. **P**ax illa est, vt Christo adhæreant æterno federe sociati, fidem, spem, caritatem retineant, dominum suum agnoscant. Neque etiam totius mundi terroribus à Christo se auelli sinant. Contra immunitia pericula munus ac roborat: Daemon & mundus totus, Romana Monarchia, Indæorum sacerdotes, & Scribæ conspirauerant contra Dominum, & aduersum Christum eius: nolite, inquit, esse solliciti, nolite à meis castris more transfugarum ad hostes meos desciscere, si apud me paucos inermes, apud illos totum mundum, omnia arma diaboli, & furorem conspicia- tis. Nam hos ego iam vici, factis, doctrina, certaminis, & moriendo perfectius vincam. Miseris se nemo solet socium iungere, præsertim si nocentes sint: nolite timere eos, turba est, sed moriturorum & iam pene caduerum: Mea igitur signa se quimini, signa victoriæ, à me donatium expectate. Facile exercitum sibi victor, & diues spoliis cõparat, facile retinet spe triumphi. Latet igitur in eo verbo similitudo à duce sumpta, qui ne in periculo mutatis animis transfugiant ad hostem milites hortatur. Theophylactus de eadem perseverantia loquitur, *ἡ πόλις ἀνὰ ὄψιν οὐκ ἔστιν ἐπιβουλεύουσα, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπιβουλεύουσα, ἀλλὰ ἐστὶν ἐπιβουλεύουσα.* Manet imperturbati, immoti, amplectentes signa quæ dixi vobis. Frustra itaque sunt Caluiniiani, qui pacem, quam suis Dominus imperat, certi, uidentem salutis interpretantur. Quasi vero illa maneat inter scelera, negantium Christum: non est illa pax, sed acerrimum bellum. De hac pace Christi Dionysius Areop. l. de diuinis nominibus. *Vnam esse & simplicem coniunctionis & pacis diuinæ naturam, quæ omnia inconsumpta, & imperturbata conseruet. Hanc ad omnia pertere discit, quæ cum omnibus se communicat, omnia penetrat, maxime mentes, & voluntates fidelium summo dono coherentes, considera totum caput II. quo de pace agitur.*

Hanc pacem si quis tenuerit facile ille etiam mundum vincet, iam à Christo victum. Omnes enim ille tentationes subiuit, vt victoriam pro nobis operaretur, vt Athanasius de salutari aduentu Christi docet, & de incarnatione. Hinc fieri experientia docet, vt in summis persecutionum bellis veteri, & fortes Christi-

Orando humani

stiani, quasi in media pace Deo suo adhæreant, & mente munda immobiles persistant, in ipsos carceres, & rogos pacem illam secum ferunt.

Pax ergo est in Christi obsequio, fide & caritate, perseverantia, sine quibus quæcumque pax fingitur, bellum est.

C A P V T XVII.

HÆC locutus est IESVS: & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: 2. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. 3. Hæc est autem vita æterna: Ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti IESVM CHRISTVM. 4. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam: 5. Et nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te. 6. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. 7. Nunc cognouerunt, quia omnia, que dedisti mihi, abs te sunt: 8. Quia verba, que dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, cognouerunt vere quia a te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. 9. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt: 10. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. 11. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos. 12. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. 13. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. 14. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut, & ego non sum de mundo. 15. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. 16. De mundo non sunt, sicut, & ego non sum de mundo. 17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. 18. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. 19. Et pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in veritate. 20. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me. 21. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti. 22. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. 23. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum: & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti. 24. Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. 25. Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me misisti. 26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

IN CAPVT DECIMVMSEPTIMVM

ARGVMENTVM.

EXHORTATIONEM claudit oratione, in qua primum de sua clarificatione, & patris gloria agit, deinde pro discipulis ac tota tandem Ecclesia precatur. Multis autem rationibus discipulos cœlesti patri commendat, idque non necessitate alieni auxilii, cum ille omnipotentia sua eos seruare posset, sed ut eos consolaretur, cum præsentibus audirent, quam ex animo patri filio commendarentur. Exemplo etiam præiret, quo ipsos doceret orare.

A vers. 15. In Ecclesia Syra legitur dominicæ tertiæ post festum crucis, דאזלביא דאזלביא.

Orationem hanc in horto habitam existimat Rupertus, verum eo in loco proiectus in terram, & a suis separatus orauit, hic sublatis in cælum oculis, ac discipulis audientibus precatur. Deinde occasionem eius erroris scriptura amputat; & εἰς τὸν οὐρανὸν, inquit, cum ista dixisset egressus est. Quamuis autem Syrus habeat, הָלַקְתִּי אֶמָּר הַלֵּן אֶמָּר הַלֵּן אֶמָּר halem emar ista dixit, & egressus est, eodem tamen recidit.

VERSVS I.

Hæc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te:

QVÆSTIO I.

Cur orat, & quo gestu?

Orando §. 1. **O**Rat Dominus, non quod ipse auxilio egeret, qui Deus esset: Sed ut verum etiam se Adami Conzen in Euang. Tom. II:

hominem esse demonstraret: Ideoque quoad humanam naturam a Deo totum dependere. Sine Deo nihil posse. In Deo omne p̄sidium collocare. atq; ita exemplo præit, ne nobis fidamus, ne nostris viribus aliquid moliamur. Ita ergo se exhibuit precatorem, ut præstaret nobis de Deo rem. te ipsa non monitis erudiret: ne homine indigna videretur supplex oratio, quam redemptor adhibuit. Poterat, inquit Augustinus, tr. 10 4. Dominus noster vnigenitus, & coæternus patri, in formâ serui, & ex formâ serui, si hoc opus esset orare silentio: sed ita se patri exhibere voluit precatorem, ut meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde eam quam fecit orationem pro nobis, notam fecit, & nobis, quoniam tantum magistri non solum ad ipsos sermocina-